TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0500**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Mazzei
scripta
varia

500

D. Jo. Andreae Mazzei
Romani
Scripta
Variae eruditionis

Co

1 a

42

75 a

89

91 a

Indice

Carte	
1 a 41	Orazioni filosofiche e letterarie, epigrafi, elegie, con note storiche su Macerata ed altre poesie latine.
42 a 74	Dell'antica geografia (ex Mss. Marzei)
75 a 88	Note alle opere di S. Gerolamo (ex. Mss. Marzei)
89 – 90	Dissertazione metafisica (1690).
91 a 100	De Magis; De Symbolis; De Sycomoro (ex. Mss. Marzei)

P. D. Joannis Andreę Marzi Romani, ingenio pręstantissimi, ex Clericis Regularibus S. Pauli
Opera omnia, quę extant.

Manuscriptum hoc dono habui a Rev.mo P.
D. Josepho de Abramo Praeposito Collegij
S. Frigdiani Pisarum III. Nonas
Febr: MDCCLII.
D. A. M. C. C. R. S. P.

D. Jo. Andreas Marzei
Dominico Antonio Damiani S.D.

Quum te intelligerem adeò cruciari de iniuria acceptâ istoque tibi imperato, non voluntario secessu, quem exilium appellas, certè expers omninò omnis humanitatis essem, nisi in dolore tuo dolerem. Tamen dicam, quod liberè sentio. Ex parte gaudeo quicquid accidere necesse fuit, non malo quidem, sed bono tuo. Videris iam vitare occasionem omnem, hoc genus crabronum, ut voces, irritandi. Haec est animi mei sententia: quam in bonam partem velim accipias, et excuses, si pro consolatore, uti fortè speraueras, mo=nitorem nunc habes. Video enim te alacri ingenio, et naturâ, quae quem stare loco nesciat, videtur potius freno egere, quàm calcaribus. Caeterum res tuae benè habebunt, ut à P. nostro Bigatto cognovi. Hoc modo missus est sanguis, et quidem modicus. Diis iratis tuis, te salvo tamen, et incolumi, ne amplius nocere velint. Interim fallo animum, et avoca ab his molestis cogitationibus, studio seu venationis, seu litterarum. Istic potes utrolibet; at certè facies si utroque. Vis namque prudentiae tuae, unde alii tibi poenam statuere vo=luerunt, inde ea, quae sint voluptati, et usui percipere. Resalutes verbis meis D. C. Dominicum Zarzarinum, et eius Sororis Filium. Vale.

Macerate 3 Kal. octobr. 1715.

Cum vellem obsignare has litteras, recordor tue adscriptae salutationis, quam pro me vis numerari Fran.co Palmutio familiari tuo; sed ille cum rus hinc abiit me insalutato. Iterum vale.

Admodum Rev.do P. Dom. Joanni Felici Montis Coronae Eremitae Camaldulensi Clericus Maceratensis.

S. D.

Muneri certe meo deesse viderer, si tot argumentis benevolentiae tuae, hic diu erga me demonstratis; huius labentis anni recurrente Dominico Natali, non precarer à Divino Infante quae maxime spectant ad salutem animae tuae; nam haec terrena à te contemni scio, qui propterea ad Eremum istam convolasti, ut uni Deo libere, quoad haec mortalis vita patitur, frui liceret. Faxit Deus, ut quemadmodum per illam Scalam è terra caelum attingentem in similitudinem Jacob Patriarchae S. Patri vestro Romualdo visam, ascendebant atrâ veste mutatâ in candidam, et descendebant Camaldulenses Monachi; ita et tu ex recentis tui nominis omine feliciter

accendas; quippe qui ingressus in innocentiâ cordis tui,
seruata à te, uita, et moribus semper. Licet uocabulo tenui,
quo antea appellabaris, nunc quidē dimisso; attamen tuis
usque ad finē iste, ni fallor, seruando; ad eandemque
rē fortasse significandā euenit similiter in te facta, atque
in primis illis Sanctis Camaldulensibus tuis habitus
immutatio. Primò hec in Celebritate Sanctorū omniū
Ordinis uestri merito tibi contigit, ut quorū non modo
insignibus, sed integritate uitę eras ornatus, denique
particeps glorię unà cū iis incederes. Hic Ianuarius uelim
habeas me uerbo, et uota facere, non caussa ut aiunt, sed
uerè, et sine fuco, quod benè de te sentio. Ita me Deus amet,
ut te felicē uerè esse cupio, et aliquando futurū credo. Interea
oro, ne obliuione capiare serui tui, qui te multū amat, et
colit. Uereor enim ne celestiū rerū meditationi unicè intentus
praetermittas non modo curā, sed etiā cogitationē omnem
abiceres: quamuis alioqui uiuo securus promissionis illius
(te optimus uirū noui) quā respondisti: quia tua humanitas,
quatuor communis Breuiarii partes, quę certè pro statu uitę
meo maximè necessarię, pro tuo nullius usus erunt.
Excusa, si quid audeo. Ex unâ parte Clericus pauper sum,

immò miser, ut scis; ex altera spero fore, ut quamprimum Ordine sacro Deo mancipandus sim: ideo supplex iam petii, atque iterum peto modò libros divinarum precum libellos, quos ex officio meo mecum habere debeo, et pro mea paupertate comparare non possum. Dominus tuus mercedem reddet, cui una opera non semel commodabis, et in paupere, et in ministro suo: verum nec ipse omninò ingratus esse potero, qui ferè semper pre oculis habuero monumentum amoris tui, quoties autem orans legero, legendi autem quotidie onus incumbet: toties in orationibus tui meminero, idque bona fide facturus spondeo dum quid divinis rebus occupatus desineo. Vale optime Pater, et me tuis orationibus adiuva.

Maceratæ 16 Kal. Decembris 1714

Prefatio in Logicam

Quid ad hanc meam de Logica disputationem me appararet, vis ea, que veluti in umbra diu iacet in solem producere, venientibus primum in mentem Logice dignitas, et utilitas. Enimvero quomodo utilis esse non poterit illa facultas, que ad sui excellentiam vocatur antonomasticè sapientia, et sine qua homines, ut homines esse possunt? Unde tunc primum spirare censemur, cum aura philosophica

dicimus. Ad quid plura? Proloquamur paucis Africanum oraculum, quid de hac disciplina sentiendum. Hæc, inquit, Ars est Artium, scientia scientiarum; quâ apertâ, et notâ omnes aliæ aperiuntur; ignotâ, et clausâ omnes aliæ clauduntur. Hæc igitur mater fœcunda, hæc janua, hæc clavis scientiarum. Prudenter omnino Philosophus ille, Logicæ necessitatem expressurus in tabula, clavem pinxit, cui inducta epigraphe: Non sine hac: quasi non sine Logicâ recludi possint cæterarum disciplinarum thesauri. Si omnis homo naturâ scire desiderat, ut fert Aristotelicum illud rudimentum: Natum ad Logicam se novit esse, quisquis natum se novit. Verum ex contraria parte considerabam inanem nos laborem suscipere, seminaque sudorum arenæ committere, dum Logicæ studiis vacamus. Numquid enim [alloquar me ipsum] tot studia, et labores solius Logicæ præmio cohonestare satis? minime quidem: Bonus enim Logicus, ut est in proverbio, pessimus asinus. Quonam igitur præmio tam diutini compensabuntur labores, quam mercedem studia nostra obtinebunt? Aliarum forsitan scientiarum acquisitionem? hoc quidem opus, hic labor est. Dum in hac vita sumus, exoptare quidem possumus, pervenire ad scientias, homines viatores luteæ sensuum cæca portantes, quæ invicem non nisi dubitatum

faciunt angustias, pacata mentis quiete in scientiis, et
ueritatis perfecta contemplatione perfrui haud ualemus.
Hoc solum mihi credite, non nouit, qui naturalem sensuum
conditionem minime nouit. Hec, ornatiss.mi Patres, dum mihi in
mentem uenere in hunc temperandum modum scientias uidebatur,
primo ne ultra prescriptos terminos audeat temeraria, deinde
ne timore presso, iaceat obscura. Hoc ergo, et citra
temeritatem, et supra timiditatem philosophabimur, quatenus
nec nimis sensibus indulgentes, ut faciunt aliqui, nec
nimis aduersantes, ut alii scientias methaphisice certas
cum istis haud admittemus, Physice uero, et naturali
ordine ueras cum illis admittere non dubitabimus.
Sic enim amicus Socrates, ut est in prouerbio, amicus
Plato, sed magis amica ueritas, que quum publici
iuris sit, ubicumque fuerit, ea nostra est. Quare reprehen-
dendi non sumus, si ex Philosophorum placitis omnibus,
que uisa sunt uerisimilia, quasi gemmas aliquot
splendidiores selegimus, ut inde huic Logice nostre
ueluti monile contexeremus. Et uerum ne dum e singulis
Philosophorum sectis, modo, hoc modo illud accepimus,

singulosque demereri cupimus, omnes infensos reddidimus. Verius de uestra erga nos uoluntate, PP. Ornatiss. non dubitamus, nam pro uestro in ueritate studio non beneuolos eos non credimus, qui factionem omnes, studio remoto, unius ueritatis se amicissimos profitentur.

Gratiarum actio.

Quamquam gratias agere tantas non possum, quantas debeo, habeo tamen quantas maximas animus capere potest meus, quod infantiae meae, humanitati uestrae satis, superque puto.

Elogium.

D. O. M.
Augustinus Antonius Nosinus,
Maceratae Canonicus Poenitentiarius,
Amandulae nobili genere natus,
Oblatus n.o Montis Caietani adscriptus,
Vbi casu in morbum lapsus
Quo mortuus,
XI. Kal. Martii Ann. MDCCXIV.
et prope 60.
Ad aram Virginis sine labe conceptae,
Quam unice dilexit
Hic in Templo Sanctae Crucis,
Cuius mortificationem in corpore portauit,

Iacere voluit,
Donec, si qua ei macula adhaeret
Purgatur,
Et signo Thau, ad Dominum ad iudicandum venerit
Insignitus, resurgat.

Augustino Antonio Norsino Patritio Amatricis, ac Cathedralis Maceratensis Canonico Poenitentiario illustri exemplo, claro operibus, probo doctrinis, praecipuè in iis, quae ad sacra ministeria spectant, Marchio Ioannes Maria Baldinuccius Patritius Firmanus, ac Thesaurarius Generalis Provinciae Marchiae in sui amorem monumentum dicavit

---

Augustino Antonio Norsino Amatricis Civi, ac Maceratensis Canonico Poenitentiario, virtutum exemplis praeclaro, eruditione conspicuo, praecipuè in iis, quae ad sacros usus spectant, gratiâ in verbi Dei praedicatione efficacissimo, fortuitò morte in monte Castiano defuncto, et ibidem tumulato. Hic vel reliquiis insigne beneficentiae suae testimonium Carolus Philippus Norsinus Fratri benemerenti M. P.

Anno 1715
Vixit annos circiter sexaginta,

Obiit die   Anno 1715.

De Maceratâ Urbe in Piceno.[1]

Elegia.

Quæ de Appennini sinuoso[2] Potentia clivo,
    Contra Nuceriam, Matelicamque fluit;
Cum prope monticulum[3], quo se reducere montes
    Incipiunt, placidis ad mare fertur aquis:
Si, quâ parte, via est ad lævam, hâc flumine recto
    Sæpe millenis passibus ire iuvet:
Cernuntur nebulosæ Urbis monumenta per agros
    Dispersa, et multo rudere[4] ripa frequens.
Hic fluvius, ut perhibent, Romana Colonia quondam,
    Helvia[5] prænomen, nomine cui Ricina.
Altera uti Cybele, turritâ[6] celsa coronâ,
    Regia Picenis Urbs, montiumque caput.
Romani[7] imperii fortunam utramque sequuta,
    Sorte pari floret, sorte caditque pari.
Telus[8] oppugnat, murum hæc defendit ab hoste;
    Ceu leo cum catulis pressa cubile suum.
Sed tandem cecidit; multis quæ solibus ante
    Restitit[9], hostiles sustinuitque manus.
Quæ cecidit, nec inulta iacet; mox milite Grato[10]
    Gothorum evertit funditus imperium.

At Ricina,[11] et si conuulsis ruat undique tectis
Illico erit gratâ restituenda uice:
Quippe ruinarum fructis uelut eruta surgit,
In morem primùm condita macerię.
Seu uelis, ut fama est, dici hinc[13] maceratá, Licenti
Metro.[13] oblito noui germinis, unde uenit:
Seu, quod barbarico tota est contrita[14] tumultu,
Nomina praeteriti signa doloris habet;
En iterum[11] existit, rebus seruata secundis,
Et tanti fuerit sic periisse prius.
Taliter exuuiis post secula longa senectae,
De proprio Phenix mox rediuiua rogo.
Nam maceratá[15] recens à funere matris, in imâ,
Proxima ei collis parte locata fuit.
Ast summo fundata iugo, atque erecta superbat,
Paruis à natali dissociata solo.
Collis utrimque sui geminis alluit amnis,
Sed propior, cuius nomen, et unda fluet.[16]
Aethere nunc liquido fruimur, nunc sedibus altis
Spectamus, Pici quà patet omnis ager.
Et uelut è speculâ, quae surgunt oppida circum,
Quantumuis humili mole, uidere licet.
Utraque Romanis[17] adeo dignata colonis,
Pauit, ut adhuc resonent nomina magna loci.

Cernere, et est nitidos torrentia flumina campos,
Et quis inter colles panditur ora triplex.
Hic scire Hadriacas oras, adiunctaque rura,
Rura, quibus semper florida vernat humus:
Seu libet oppositi ex austro procul Appennini
Cernere tergum horrens, cautibus, atque gelu;
Seu tumentem Borea, et late resonantia saxa,
Ad mare Dalmaticis fluctibus omne fremit;
Dorica, quo flexo in cubito rupe insidet Ancon,
Ancon à ponte tuâ celebrata suo:
Oh quàm pulchra mihi Terrae Picentis ora!
Oh quàm pulchras oculis scenas sine arte meis!
Hic Ponti facies melior, Caelique renidet,
Hic Sol splendidior, gratior itque dies.
Quàm iucundus adest hic formosissimus annus,
Taurus ubi pandit limina vere novo!
Quàm tempestivis viridis hic imbribus agri,
Nullis sint quamvis fontibus irrigui!
Bacchus amans colles, uvis cum Pallade vestit,
Iungitur his certo foedere amica Ceres.
Alcinoi[18] silvis praestans Pomaria[19] succo:
Tanta est nobilitas, ingeniumque soli.
Hic Pomona prius, insitâ decernit arte,
Mirari arboribus non sua poma suis.

Hesperiae magnae salue pars optima, cuius
Ionius Illyricae est e regione plaga.
Frugum terra parens, Bespico excultae, sub ipso
Saturno, et prisco tempore digna coli:
Nullaque aut pauca tuis subeunt mala gramina campis,
Incidit in timidos uipera rara pedes.
Lethiferos morbos, qui dormit sub Ioue messor,
Nil metuit, uel cum sirius urit agros.
Quo se uenandi hic exercet laeta iuuentus,
Illum non matres, non timuere nurus:
Non fures hic lupus, aut ursus uenabula contra,
Nulla nocens syluis ore, uel ungue ferae.
Nulla nocens cornu, frendet uix unus et alter
Montibus extremis dente timendus aper.
Nulli hic deserti montes, nulla aspera rupes,
Quae non mansuescat uomere lingua ad iugum.
Undique non scopulos, sterilem nec tendit arenam,
Sed quae subductis collibus arua nitent:
Inque dies maiora, recedit quam mare terras,
Ut iam litoreis plura colonus arat.
Denique non rapidum hic flumen, nimiumue tumescens,
Quo stagnante, palus illico fiat ager.
Nimirum studiosa parens natura cauebat,
At quam sunt terrae huic omnia nata bona.

Diuitias natura suas, quum conderet orbē

Fudit, ut agricolæ semina sparsa manu:

Hoc uni, huic aliud, non omnibus omnia donans;

Hic autē, hic toto fundere uisa sinu.

Tam molli gremio terræ[22], atque ubere læto

Duram quis bello gentem aluisse putet?

Qui tamen è Parthis[23] primos egere triumphos

Roma tibi, hæc tellus, hæc tulit alma duces.

Humanamque tulit uelites sæpe cohorte

Prælia conficeret, quæ tibi Marte suo.

Agmina, quæ Syriæ magno cum Rege fugaret,

Montana exuperans ardua Thermopylis[24].

Et contra Emathias[25] Romæ ire bella gerente

Emathii hinc item militis orta fuga est.

Quid memorem in spatio uallum, et situ, et aggere castra

Et forti, ac fido pectore tuta solo[26]?

Nā tua laus oriens Piceno, magne[27], recepto

Hoc idē animus[28] exponis esse minor.

Quod Picenus ager, longo ipsa tutior agge[29].

Romuleæ[30] urbis domine mœnibus agger erat.

Esto ubi Alligio cometa hæc loca pace tueri

Cœpit, ubi arma nouis[31] succubuere togis.

Sæpe sacris Natorū hāc terrā ornata tyaris,

Tempora, sæpe sacro murice fulsit apex.

Quin Asculi genitus Nicolaus[31]; purpurea sed ipso
Vnico erat merito non temeratus honos.
Jungitur[33] huic Sixtus[34]: non poena hoc vindice, sontes
Preteriit claudo, deseruitque pede.
Patria cui, seu mons albus, seu Cupra fuere
Piceni tamen est certus, uterque locus.
Hunc ternis Clemente dato tu clara triumphas
Urbinum[35], oh quàm isto lumine clara tuo.
Scilicet huius erat magnum equiparare Leone
Doctrinâ, imperio, moribus, eloquio.
Nil sed utroque potest, quantumuis barbarus hostis
Poscat, et Ausoniis arcibus immineat.
Verum nunc nostram uolitantem carmine musam
En pro iure suo: ad se Macerata[36] uocat.
En Macerata uocat, quae Cursus regia Pici,
Antiquae laudis quod fuit una refert.
Antistes[37], Praeses[38] Piceni, huic proximus ornat
Quaestor[39], Auditorum[40] condecoratque forum.
Florentes[41] Sophiae studio, ac meliore Minerua
Cecropiae, ut fiat mentio nulla Deae.
Illa uetus Ricina, (tibi inscripta olim: Heluia Felix[42];
Quantô nunc magis hac prole beata tuâ:
Non modo Caesaribus seruit, non amplius illa
Crebris titulis[43] ambitiosa caput:

Mercurio[44] nec sacra facit desueta; nec ulli
Cogitur indigno thura adolere Deo.
Sed verum, atque unum colit; expulsisque tyrannis
Picenus proceres, qui tenuere diu.
Christiadum cujus suprema potestas soli est,
Ecclesiae[46] sinu, tutus pacis adultus sinu.
Nec longe[47] hinc positus celesti munere asylus,
Lauretana; ipsa hac urbe [illegible] Domus;
Hinc ultori indignati Numinis iram
Brachia Nicolei sanguinolenta movent:
Quid Deus hoc pacto urbe, Religioque tuetur
Quid timeat casus iam reparata novos?

Notae in Elegiam

N. 1. Apud aliquos scriptores, nullo discrimine est Macerata Piceni et Marchiae Maceratae, quapropter intelligentes illud Hadriani Cardinalis Carm. iter Julii secundi.

Moenia, quae saxo collitur Macerata vetusto.

Hinc petitur.

In versu est sermo de Macerata Helvii

2. Flavius Blondus in Piceno non dissimilia dixerit, de ortu Potentiae fluminis.

3. Prope Montecchio vulgo Montecchio incipiunt Apenni Colles. Blondus ibidem.

4 Rudera sunt lapidum fracta; et ruinarum materiae. Basil. Fabr.

erudit. schol. Thes. Rutilii itinerar. Gallic. l. primo uers.
5. 410.

<u>Ruderibus tectis tecta sepulta latent.</u>

5. Eliam uocat Blondus, et urbem aedificatam ab Elio Pertinace, atque asserit. Sabellicus; sed Helviam uocant lapides, et nummi. Quin Pertinax Helvius dictus est, non Elius ex ueteribus nummis, Pagi crit. in Annal. Baron. ann. 193 n.° 2. tamen non uere aedificata fuit ab Helvio Pertinace, quod Recinensium meminerit Plinius l. 3 cap. 13. et Frontinus in Coloniis, qui ambo ante Caesarem hunc floruerunt. Haec Colonia blandiebatur etiam Septimio Severo, tamquam conditori suo, ut est in lapide uetusto apud Maceratam; sed ab isto potius aucta, et ornata, quam aedificata: idque more aliarum Civitatum, quae adulabantur eodem modo Principibus de se bene meritis. Morellius rei nummariae specimine tab. 10. Cuperus in Antiocheno nummo, ubi de numismatibus Commodi Imperatoris.

6. Ricina turrita in nummo Gallieni apud Occonem, ex quo colligunt metropolim fuisse, quae interpretatur matrem Civitatum, propterea in nummis civitatum, quae erant Metropolis fingebantur capite in hunc modum coronato, ad instar Matris Deorum, de qua uti terrae figura, et symbolo Lucretius ait. l. 2.

<u>Muralique caput summum cinxere corona,</u>

Eximij munita loci, quod sustinet Ursy.

Hac figura in nummis exprimebatur Antiochia Syriae, Ancyra Galatiae, Thianis Ciliciae: Morellus rei num. num. tab. 4 ex Epistola annexa Ezechielis Spanem. ep. 172. cit. fin. et Silius Italicus l. 13 Carthaginis imaginem fecit eodem modo nuncinam, eo quod eidem Africae caput. Ita similiter uidetur fuisse Ricina tempore Galleni Caesaris, sub quo ad istam Coloniam cusum numisma: quum alias alio tempore Curibus Liceni fuerit eiusdem caput: ut Asculum, Firmum, Auximum, Anconam, et Firmum.

7. Ad imperio Traiani extant Ricinae monumenta in Lapidibus. sub Traiano autem reuiuiscere, et Romanum Imperium florere coepisse, nemo unus, qui uel a longe historicas Caesareas salutauerit, est qui dubitet. Videri Aurelium Victorem in Traiano, Suetonium in Domitiano sub fine. Cecidit autem, ut uidebimus, sub Teia ultimo Rege Gothorum, cum quo destitit ipsorum Regnum circa Italiae, Narsete natione Graeco, Constantinopoli Imperante Iustiniano, et paulo post Occidentale etiam Regnum, et imperium, Longobardis, et ceteris nationibus Italiam inuadentibus, in eamque sedes figentibus. Hinc historias Sigonius uocat non amplius de Imperio occidentali, sed Regno Italiae.

8. Rex ultimus Gothorum Teias capto tali cingulo, ob aquae defectum, frustraque obtenta Septempeda, descendit in aquam

Recinensium, ubi Ricina obsedit, sub uerisimilius fuisse destructam, quam sub Alarico Gothico Rege longe prius; nam Ricinates dicuntur obsessi a Teia, non Maceratenses, ut aliqui uolunt. Ad hec Ciuitas Recinatum, que dicitur obsessa apud Blondum, et Sabellicum describitur in campestribus; idest in terre planitie, non in colle sita; tandem Mantuanus carm. Nicolaus Tolentinas ait de Macerata.

Post Gothica bella

Culta, et ex priscis Ricine generata ruinis.

9 Diu restitit Ricina Gothis obsidentibus. sub fine estatis capta, et diruta uidetur anno Christi 553; nam Teias, qui cepit regnare circa principium estatis anno Christi 552. ut uidere est hoc anno apud Pagi Tom. 2 in Crit. Baron. Sequenti estate Ricinam obsedit, nam diu fere estates, et hiemes consumate initio bellorum, et fine, quibus cepit, est deuictum Regnum Teie una cum Gothorum Imperio.

10. Videndus numerus 7.

11 Verisimile est ineunte anno Christi ~~se~~ audita morte Teie, et cede Gothorum, Maceratam una cum Ricineto edificatam, cum fere statim utramque reparatam ait Blondus in Piceno maxime cum [illegible] paulo post in Italia plena

Loca à Gothis vastata, sub Narsete Duce fuisse restituta.

11 Videtur dictio Maceratae à maceriis, idest domorum parietibus ex puris cæmentis sine arena constructis, ut fit in sepiendis fundis, vel hortis [hæc enim est maceria ex Philandro in Vitruvium l. 1. cap. 10] quod post Ricinæ ruinam plures incolæ, qui solum vicatere longius noluerunt, ex ipsius ruinæ desolatæ Patriæ Lapidibus temere, et tumultuario opere, sibi casas construxerint.

13. Quamvis primo in maceriis producantur, tamen primam in Macerata corripiunt Mantuanus, Pamphilus et alii.

14 Perindeac si Macerata veniat à verbo macero, quod idem significat ac contero, et attenuo, et alluditur ad eius commiserabilem casum.

15 Macerata primum ædificata in collis parte proximiori Ricinæ ruinis adhuc extantibus in territorio Maceratensi, ut indicant rudera vetera Austrum Maceratæ, postea vero, cum hæc renovatur, fuit in summitate collis locata.

16 Quantum, quasi apparens extans, illustrio à verbo clivo. Titulus inter Piceni celebriores, ex vetusto Lapide Maceratæ.

Est alia inscriptio fere similis in alio lapide

Milit. XII Leg. Cos.
Imp. Ext.
Iuvent. Cluent.
Flum. Picen.

Latinè Cluentu, et Iuventu generis neutrius, ut est apud Pomponium Mela, et Strabone utrumque corrigendum, ubi habetur Bruentum, et Iuventinum, licet Chientum barbarè vocent Io. Baptista Mantuanus, et Blondus.

17 Et hoc diuturno incolatu Romanorum multi Pagi adhuc denominantur à celeberrimis apud illos gentilitiis familiis, licet corruptis nominibus, Seruigliano, Oberzano &. Andreas Baccius de origine Cluanae bibl.

18 Hortos Alcinoi Corcyrae, seu Phaeacum Romanus commendat propter frugiferos arbores, non propter illas, quae magnitudine, plenitudine, umbrarum officio in hortensibus delicijs commendantur.

19 Poma Picena praestantissimi saporis, et succi Iuvenal. Satyr. 10.

De corbibus traderet.
Emulas Picenis et odoris mala recentis.
Picenis cedunt pomi Tyburtia succo. Horat. Satyr. 4.

Ac Strab. l. 5. solum Picenum à frugiferis arboribus magis

quia à ceteris fugitivus laudat.

10 Picus, seu Picus Saturni filius dedit nomen Piceni Asculo, unde tamquam à capite fuit denominata tota Regio Picenum. Silius l. 10.

> Et inclemens hirsuti signifer Asculi:
> Picus quondam nomen memorabile ab alto
> Saturno statuit genitor.

Videndus Petrus Marsus in commentario predicti loci.

11 In pluribus partibus oræ Picenæ, maximè verò Firmanæ, ex recessu maris continuò prolatatur longè, lateque ager etiam ad aliquot milliaria.

12 Delectus militum in locis asperis, ac minimè amœnis laudatur. J. Lips. Politic. seu civil. doct. l. 5. cap. 12.

13. P. Ventidius Bassus genere Picens primus de Parthis fere invictis triumphavit. Gellius l. 15. cap. 4.

14 Græciæ mons tam eminens, ut Italiæ Appenninus: illius fauces Antiocho Syriæ Rege, cognomine magno contra Romanos obsidente ascendere iussâ iugum Firmanâ Cohorte, hinc factum initium Antiochinorum fugæ. Plutarchus in Catone Censorio, Chalamis fragm. de reb. goth. Firm. L. 1. cap. 10.

15 Titus Livius l. 45 circa finem innuit ex alia cohorte Picena, eademque Firmana, id est ex ea parte prælii, ubi illa erat, hinc primam fugam Macedonum esse ortam. Idem

eodem cap. 9
26. In ipso Piceno.

27 Lucius Florus, et Plutarchus aiunt Pompeium privatum hominem annos tres, et viginti voluntarium exercitum in Piceno conscripsisse, plures ibidem Civitates, maximè vero antiquam Auximum sibi conciliasse, adeumque se nobilitatem Romanam contulisse, ut deserta Urbe ad castra venirent, mox ad Syllam cum exercitu instructissimo profectum, Imperatorem ab ipso Sylla salutatum, statimque ad Celtiberiam missum esse. Principium igitur magnitudinis Pompeii è Piceno receptio, et factioni Syllanæ conciliato.

28 Ex Piceno autem amisso cœpit virtus, et gloria Pompeii in dies minui. Cic. ad Att. L. 7. ep. 18.

29 Alpes natura posuit ad Italiæ, et Romæ munimentum. Cicero de Provinciis consularibus non longè à fine: Alpibus Italiam munierat ante natura, non sine aliquo divino numine. Nam si ille aditus Gallorum immanitati, multitudinique patuisset, nunquam hæc Urbs summo imperio domicilium, ac sedem præbuisset.

30. Urbi tuendae, quasi agger steterat. Ita Paulus Manutius in illa verba Ciceronis ad Att. l. 7. ep. 13 in Pompeium, cui ne Picena quidem nota, id autem praestabat Picenum Romae, non tam naturae situ, aut artis operibus, quam fide, et virtute militum munitum.

31 Ecclesiasticorum habitui.

32 Nicolaus Quartus de quo Platina.

33 Quae sunt partes iustitiae, quam vocant distributivam, altera, quae premiat, altera, quae punit, illa praecipue commendavit Nicolaum Quartum, haec Sixtum Quintum.

34. Sixtus, quem Firmani volunt natum in Castello eorum ditionis vulgo Le Grotte à mare, quae olim fuit Cupra maritima, dicta simpliciter à Pomponio Mela, ubi de Italia, et à Strabone l. 5. nam alia Cupra, ut ab illa separata intelligatur cognomine montana est appellata, Plinius l. 3 Reg. Ital. 5. Sixtus tamen agnovit montem altum, ut Patriam suam, ubi Pater eius natus fuerat.

35 Urbinates quidem, olim in Umbria Plinii. l. 3. Reg. Ital. 6. verum à temporibus Constantini magni protractis Piceni finibus tota ditione Urbini, et partem Romandiolae Urbinum fuit in Piceno. videri notitia Imperii sub Constantino apud Laudatum Pagi tom. 1. ann. 37 n. 8. et Chanoz Italiae veteri, P. Mortier in Atlante sacro; sed à tempore Longobardorum Picenum Marchia appellatum, et minori Firmanae circumscriptum adhuc

continet Urbinum ex Blondo in Piceno, quem sequitur Albertus.

36 De laudibus Maceratæ, et eius Territorii satis pro elogio omni erit illud Sixti Quinti in Bulla erectionis Tribunalis Rotæ Bullar. tom. 2. n. 9 in proemio. Civitas, inquit, Maceratensis, quæ alias insignis existit, et ferè in medio dictæ Provinciæ, ac in territorio fecundo, et ameno reperitur, solitaque sedes Legatorum existit, celebrique Gymnasio, duplici Collegio, insignium insuper Doctorum copioso, qui experientia, scientia, et ordine dicendi, interpretandi, adnotandi, patrocinandi eorum particulari studio precellunt.

37 Macerata ornata Cathedra Episcopali a Joanne vigesimo secundo, non decimo secundo, ut errore Typographi extat in Breviario Geographiæ Episcopalis edit. Parisien. apud Labbè.

38. Loco Legati Marchiæ.

39 et Thesaurarius eiusdem Marchiæ.

40 Rota sacra pro causis totius Piceni.

41. Propter Athenæum celebre ibi existens.

42 Ita inscribitur ex nummo Ricinæ laudato apud Crivell. n.° 3.

43 Plures Lapides Maceratæ sunt, quibus veteris Ricinæ adulata est antiquis Cæsaribus, modo Antoninianam, modo Helviam se ab illis denominans, videri apud Compagnon. cit. n. 3.

44 Mercurius potissimum tanquam Deo suo precipue sacra faciebat

Ciclina, et comprobatur ex ipsis marmoribus apud Eosdem Magistratus existentibus.

45 De Tyrannio Piceni laudandus est Baccius, qui supra.

46 Picenum est velut Caeleste sinus, et umbilicus capiti nexus, ut ex ipsa Collecta Officii pro Domo Lauretana conceditur.

47 Est in via Romana pene media inter duo celeberrima Christianae pietatis monumenta, utpote Tolentinum et Lauretum, ab utroque paucis milliariis distans, et fere aequali distantia.

Tyburis deliciae

Elegia.

Urbs iacet in Latio: Argei tenuere Coloni.
Hanc prope praecipites ruunt Anienis aquae.
Montibus alta situ, oleaeque inclyta silvis
Tyburis augustas condit oliva dapes.
Ingenium quam mitis soli, quam limpidus aether!
Non tantum ver hic, floridus vernat hyems.
Oh utinam possem hortorum sua nomina tantum
Dicere, quae late semisepulta iacent.
Pisonis referant alii, Mariique recessus,
Seu Maecenatis, sive Manonis agros.
Quaeque olim coluit fortis Zenobia rura,
Nunc Tyburtino dicitur rura solo.
Atque ruinosas Hadriani Principis aedes,
Et centum cellas, horrida tecta situ,
Quaeque Syphax proprias sunt consolata catenas,
Namque tibi solo nomine carcer erant.

Nam mea Atestinę celebrabunt carmina villas,
Materiã quamvis exsuperante modos.
Hospitium Divis, Nympharum assueta voluptas,
Salve villarum gloria, fama, decus.
Musa mihi referas excelsi culmina tecti,
Et quę sunt vastis flumina clausa locis.
Vestibulum ante ipsum longo videt ordine pandi,
Atque Atestinę regia tecta domus.
Hinc myrtus, laurusque virens, solisque calores
Temperat arboribus tonsilis umbra suis.
Flumina formosę subter labentia silvę
Responsat taciti fistula cęca doli.
Hospitibus, nec amica suis; venientibus ultro
Bella, et insidias hic meditatur aquis.
Palantes, ut aquis non expectata, repente
Latet è cuniculis emicat unda suis.
Pace etiam spectanda suâ est, belloque relicto
Nec minor ingenio munera pacis obit.
Organa cum variis pulsantur hydraulica cantu,
Mobilis officio fungitur illa manus.
An lateo, aut fallor, vitreo sub gurgite fontis,
Quę canat arguto musica Nais aquâ?
Flumine declivi, dum scanditur ardua montis
Subdola, sed gremium verberat unda latus.

Aligeri medio comminuunt fonte dracones,
Qui rapidum undoso flumen ab ore uomunt.
Eminus latebris fluuius dum crescit eundo,
Pensilis attonitâ stare uidetur aquâ
Ille hilares nimbos, tempestatesque serenas,
Et tonat ignaro, uel sine nube, Ioue.
Ille niues, et grando, sed non inuisa colonis,
Innocuo praeceps uerbere pulsat humum.
Singula nec possim centum perstringere linguis:
Mille hic sunt riuis nomina, mille ioci.
Namque hinc ouati surgunt de marmore fontes,
Ludit et hinc uarios Roma uetusta modos.
Est fons in medio, seu fontes mille sub uno
Aspicis, atque simul suspicis arte opus.
Parte alia Fauni tumidis gestantibus ore,
Inde procellosis Neptunus ludit aquis.
Saxea natura, quâ surgunt libera guttis,
Quâ triplici stagnat Lympha amoena lacu.
Denique quae passim referunt miracula fontes,
Vincere fonte suo sola Diana potest.
Nec tantum docili solertia ludit in undâ,
Et dedit ingenium frondibus illa suum.
Stantia describens horas mirabere signa,
Atque immota tuum, Phoebe, sequantur iter.
Delicias captare uolunt an tempus in istis?
Heu nec tantillum sic retinere ualent.

Innuet hortorum potius brevis illa voluptas,
Praepete quod fugiat labilis hora pede.
Florentique stylo, variisque coloribus ornans
Vere novo, monitu quid grave scribit hiems:
Quod fugiat viridis depicta in flore iuventus
Floribus ornato scribitur arte solo.
Cogor at invito, quia iam praetervolat hora,
Carminis ad metam me properare iubet.
Oh utinam possent vobis spectantibus ipsis,
Explorare meam lumina vestra fidem.
Nam puto dicturos: olim, qui haec omnia dixit,
Et bonus est Civis, nec malus Historicus.

Pratianus alter.

Carmen Leoninum

Quot Caeli stellas, quot habent loca cuncta puellas,
Corpora quot venas, quot habet quoque littus arenas,
Quot guttas habet Cynthiate, tot debeo grates.
Ut possem aequales, ego vellem reddere tales,
Sed cum velle datum, nihil est, si posse negatur.

Ante suum obitum.

Epigramma.

Urbs genuit, iuvenemque aluit, dum conditur in agro
Piceno, tenuit me Macerata diu.

Iamque senex uideo Tulli me patria, donec
Conclusum fini hæc Insula parua tenet.
Oh cælum post hæc oro mihi scandere detur,
Et uitare tuos Styx truculenta lacus:
Nil etenim refert hoc si succedat utrumque,
Quo natus sim, quo moriare loco.

Præfatio in logica habenda circa fine octobris,
aut post medium.

Mirabitur forte quis nostri moris ignarus, cur non diu expectatis Kalendis, sed in ipso fine cursus, scholæ uacationibus abruptis litterarii labores sint nobis solito maturius repetiti. Uerumtamen id factum ex prisco more nemo unus non uidebat, qui uel à limine eruditionis historiæ penetralia salutauerit; nam decimo quinto huius mensis die, et uindemialibus feriis finem afferebat, et scholæ eadem initium. Quamobrem qui dormitarant in idibus octobris, dicetur sic, ferulæ tristes, sceptra Pedagogorum, rursus quasi ab inferis resuscitatæ insurgebant in miseros pueros, uerberibusque desinabant. Quod statum Gymnasii potissimi

Feriæ uindemialis incipiebant à uigesimo quinto augusti, et usque ad decimum quintum octobris durabant, et tunc erat uacatio non solum à foro sed etiam à scholis; id etiam innuere Martialis lib. 10 Epig. 62. sed clariss.mo utrumque de feriis ut ex die Dom.co J. Aug. l. 9 Confess. cap. 2. et 5.

tempus, etiam in maiorem scholarum studiis instaurandis operam servatum, et nos ad unam, et alteram diem productam, in nostram scholam iterum accepimus. Totum autem hoc modo a me dictum, possem testibus, et quidem probatissimis confirmare, nisi sus ad Minervam doctus scilicet docere viderer. †

Bruma mones potius quam doceo sapienter fuisse institutum; ut vindemiam plerisque in locis penitus omnium absolutam, hinc viri redirent in forum ad iurgia, illinc pueri, et iuvenes ad literarum studia: eoque eo praesertim tempore, quo sol notabiliter, diem deflectit à Libra, et sat dici ad scholasticam emulationem superat, et prorogatis noctibus ingeniosae Palladis oleae suae iam maturae liquorem, quietiori studio et lucubrationibus suggerebat.

Sus, cui anima pro sale, si videretur docere Minervam scriptorem docti, erat res ridicularia. Proverbium vetus. Vide in Adagiis Pauli Manutii.

† Olea Palladis arbor, quae eius inventum, prout in fabulis poeticis.

At dicet quis: Cur statim ab umbra, et otio in solem et pulverem? Cur illico post tot feriatos dies publica instituitur disputatio? Atqui anni literarii fructus, ut fit in anni vulgaris frugibus, videbantur recurrente Autumno colligendi; non ut in privatum intus usum serventur, sed publici veris effecti palam proferantur: ferventque nunc maximè musto in doliis non alia re fervere, et ingenia in Scholis. Quodsi inter novissima[m] hanc vindemiam, et proxima vinalia rustici laeta convivia pro decerptis quatuor anni tempo[rum] fructibus gaudentes, sibique invicem gratulantes agere consuevérunt, quidni et nos vindemialia nostrá, veterum studiorum fructibus relegendo concelebrabimus?

Autumni tempore ferè omnes fructus colliguntur.

† Ita olim faciebant rustici, et puto etiam nunc hunc morem permanere.

Quod Graeci συμπόσιον conuiuium nominant, quasi inter scyphos, et epulas id si modestè fiat, tunc uerè uita in hominum societate uiueretur. At ullus cibus suauior reperiri potest, quam ueritas ulla uita iucundior, quàm cum literis, idque nobis, qui ad illarum studia, non dicam natos, uel saltem, et eruditi, et instituti sumus? Quid, quod sapientia ipsa narratur ponere mensas, miscere uinum, praecipue paruulos ad epulas inuitare, atque adeò ancillas ad arcem mittere, inter quas praesto est nostra dialectica, scientiarum reginae ipsius nobilis administra, quae saporem suauitatemque sapientiae, si non praeferas, certè praebet, seu melius dixerim praeparat? Viuamus igitur in his studiis, nostrarumque mentium conuiuia

Cicero de Senectute cap. 13.

Quid? quod habet hanc uim: che direste, che? la medesima sapienza ʒ. Prouerbior. cap. 9. nº 4.

sit, hodieque mox futura
disputatio, quâ uel incalescente
non metuendus erit neque pugnæ
detestabilis exitus, qualis
Centaureo mouet cum Lapithis rixa super mero.

Obtemperabimus Cælio, qui conuiuis
amicis omnibus sibi in disputa-
tionibus annuenti, dic aliquid
inquit, ut duo simus; nimirum
citra omne conuicium, et iniuriam,
ego hodie unus hinc ero, qui defen-
dam has theses, hinc alter, qui
redarguat. Et hic quidem fortasse
uictor, ego uero uictus. Tamen,
rebus disputatis, suam quisque opinio-
nem, cum alter ab altero amicè disces-
serit, peregrè moribus retinebit. Quid?
hoc restat. Tenuitatem apparatus, ut
excuses, quod faciunt pauperes uiri
locupletibus ad conuiuium inuitatis.
Pro igitur Rei quicquid erit appositum,
non pro uestra dignitate, sed pro
meam facultatem modo, quæ uestra
humanitas est, æqui, bonique consulatis.

Horatii uersus ad Varum Od. 18 Carmin. L.1.

Cælius Ciceron. amicus, et Orator. Apud Macrobium, ni fallor.

Quid? interrogatiuum hic, et habetur idem perinde ac aliquod exciderit à memoria, quod uelimus memi-nisse, id est. Che volevo io ora dire?
à casto. umano

Gratiarum actio.

Quas quidem gratias agere pro merito, et dignitate vestra ora quantumvis garrula, non potest dialectica; at mea quid vox, et frigida lingua etiam deficiente, animo tamen eas semper, et eternum habebimus.

Vel.

Quas vobis nec agere, nec pareat persolvere gratias Mecenatibus, has immortales ego semper habebo.

Quali grazie io non renderò colla lingua, ne con fatti, come è dovere rendevile, mene dichiarerò sempre tenuto.

Nexus Eloquentiae cum Philosophia

Oratio habita Maceratae.

Quum mihi dandum esset munus dicendi A. S. in hac studiorum instauratione, excitandae causâ Iuventutis nostrae ad amorem litterarum, quae litterae essent inprimis commendandae, quarum commendatione perchabitâ, animi postea moverentur, non videbam. Hinc mentis nostrae oculis obtulerat sese Eloquentia quam nunquam omiseram, illinc Philosophia, cui recenter animum

adiecerim. Orabat illa, ne se omnino desererem; haec ut penitus
sibi me traderem. illa ne ingratus essem, post tanta accepta
beneficia tam praeterirem; haec me sibi plus debere, quam accepisse
nunc, quam olim accepisse magis iuvaret. Deinde inter se
contendere: una praedicabat quam oblectaret, altera quam prodesset:
una alteri nugacitatem, altera alteri acerbitatem obiiciens.
Ita ego quid facerem, non intelligens, diu anceps animo steti,
ac deliberavi tandem, ut illae secum, ego mecum finirem disceptationem hanc, utramque conciliarem; tum ad utrisque gratiam
inire, cum a nobilis Rhetoricis et Philosophiae, quorum scholae
domi apud nos sunt hodie. Itaque conciliavero, utrisque
demonstravero, Philosophiae coniunctum velut quodam foedere
studium eloquentiae, primum quantum iucunditatis, dein secundo
loco quantum utilitatis, quantum denique dignitatis afferat.
Vereor tamen, ut ex animi sententia dicam, ne argumento huic
proposito adversa hac mea oratione, aut edisseram, quae
nesciam, quod erat stultitiae, aut dicam non bene, quae sciam,
quod erat infantiae. Verum vos oro pro vestra sapientia, atque
humanitate oro, atque obtestor, ut aequi boni que consulatis,
nec pro mea facultate, quid possim, sed pro meo studio quid
velim, nec quantum in utraque re profecerim, sed quantum profecisse cupiam, ut aliis prodesse possim consideretis.

Atque ut me hic primo loco instituentem dicere, quod ordo orationis postulat, de ea voluptate, quâ perfundit animos eloquentia, nemo unus ex vobis est non videt, qui vel primoribus labris Rhetoricam attigerit, adeo huius facultatis proprium delectare, ut si quae aliae artes, ac praesertim Philosophia voluptatem, non sibi, nec alteri, quam illi facultati acceptum ferre possint. Quamobrem si qui oratores, vel Poetae, alius alia lingua de Philosophia disserentes, delectarunt unquam, id habuerunt ex eloquentia. Delectarunt Anaxagoras inter Graecos, Lucretius inter Latinos, ambo suavissimis versibus Physica complexi: sed eorum quidem Philosophia nos docuit, delectavit autem eloquentia. Scripserunt Graece Plato, Latine Cicero, multa de moribus, certe uterque, et alter propter doctrinam admirabiles, at uterque placuerunt ob eloquentiam. Econtra vero Stoici, quantumvis Dialectici maxime omnium Philosophorum periti, inque definiendis et partiendis rebus acutissimi, nihilominus nonnulli, ut ait Tullius displicuerunt non alia ratione, quam quod illis una deerat eloquentia: adeo natura est Philosophia austera, vel amara, ut delicatis quibusdam, nequaquam sapiat sapientia ipsa, nisi Eloquentiae melle delinitur. Quis autem dubitet, quin veritas futura sit pulchrior quantumvis per se pulchra, et amabilis, si nitore orationis

perpolita, si decenti oratione bene ornata, quâ opportune narra-
tione sinus denudans, quà allegoriarum veste, et lateat, et luceat,
modo sententiarum luminibus, modo præclaris similitudinibus
illustris, nunc faceto sale splendior, nunc motibus affectibusque alacrior
incedat, veluti puella, quæ naturalem formæ bonum non negligat,
sed cultu, et studio quodam, citra fucum tamen promoveat.
Quorsum hæc, ô iuvenes ornatissimi, ut intelligeretis à vobis, et si
Philosophiæ eloquentiæ vacare identidem non quidem postulandum
[nolumus enim hoc onus imponere Philosophiæ vacaturis] at
excipiendum tamen esse, si non totis viribus, et ex proposito, at
levi brachio, et succisivis operis, at in otio vestro. Quid autem
honestius, quid delectabilius maxime Religiosis, vel Ecclesiasticis
viris, qui sine litteris pene nullam vitam esse ducunt, quàm
animum in altissimarum rerum contemplatione defixum, sinere
aliquantulum respirare, ad hæc amœniora studia descendentem,
atque adeò illud studium grave, ac difficile sapientiæ excipi ab
iucundo eloquentiæ, et facili, ut illud sit vere studium, hoc autem
ludus; hoc pro otio, illa pro negotio. Quâ ratione æque mentem,
ac linguam excolendo efficiamus, ut sicut nos, qui homines sumus,
non minus ratione, quàm sermone in bestiis antecellimus, ita
in utraque facultate, ac præstantia supra homines ipsos
efferamur: Di Deæque immortales! Quæ voluptas hominis magis
proprium excogitari potest, quàm à litteris, quæ propterea huma-
nitatis appellantur? Quæ magis libero delectabile, et ingenuo

digna, quàm ab artibus, quæ inter liberales recensentur? Vellem mihi inesset tantum eloquentiæ, et auctoritatis, ut studium sapientiæ, ut studium sapientiæ cum eloquentia iungendum iuvenibus suaderem. Sed quî possum, id ætatis, et minus eloquens? Videbo igitur, an ipsam met Eloquentiam possim vestrum in hunc consessum inducere, quæ certè melius adolescentes impelleret pro causa mea: non illa quidem meretrix blanda, et procax, amans licentiæ, et lasciviæ; sed casta illa dulcis comes, et studiosa nutrix morum, et disciplinæ. En adest, inquit, ô Iuvenes (Philosophos ita alloquitur) vobis quidem iucundis, et festivis, ut aspicitis vestro videmini, at non illis tamen more Xenocratis, qui nunquam gratiis litarunt, tristibus, et severis: neque adeo hic, vos ab editis sapientiæ Templis avocabimus, sed tantum dico, ad cessare libet, huc domum ad me descendito. Si uvis delectant, sunt apud me amena vineta fortunatorum nemorum, sedesque beatæ, quas non minus scriptis suis, quam in campis Elysiis adumbravit Virgilius. Si odores recreant, est in officinis meis nobilis unguentario, è qua myrothecium Isocrateum depromptum consumpsisse ait Cicero in commentario sui Consulatus describendo. Omnia mea, polita, florida, expolita, vernantia. Sed ipsam me, quæso, respicite. Sum digna, quam ametis æquè ac vestram Philosophiam. Æquè autem? immò multò magis, an non videtis, ut illa nihil [illegible]

deambulas in tuo Lyceo, ac caperatâ fronte. Ego verô, ut hilari, et
exporrecta? ut illius facies squallens, et pallida; nostra suavis,
rubens, et decora. Quid de sermone Philosophiae? qui nescio quid
horridum, et barbarum sonat: at oratio nostra multo dulcior, et eius
compositione, concinnitate, nullus numeris cantus auribus accedit
gratior: mihi non creditis? At credite tot amatoribus, qui me circum-
stant. Atqui viri? an non esset instar omnium Plato, ille Philoso-
phorum Deus olim appellatus, cuius linguâ Iovem aiunt, si graecè
loqueretur, locuturum? An non urbis familiae Princeps Aristoteles
mane quum lectiones Acroamaticas scriberet, idest penitiores Philoso-
phiae, summum ipsum, à meridie legebat, Rhetoricos, ut se, itaque
recrearet. Praetereo hic Religionis nostrae capita, si mihi res
tanti esset cum Ethnicis, Gregorium Nazianzenum, Aurelium Augustinum,
quorum alter animi causâ carmina scriptitabat, alter pigmentis
meis eruditos libros de Civitate Dei, et ipsas suas Confessiones
adornabat. Quid? Quod ipse Hieronymus in Bethlehemitico specu
caelestem vitam in terris quum ageret, carere quidem potuit omni
alio humano solatio, non autem meo. At vapulavit, quod esset
Ciceronianus. Fac ita esse, (quamvis ipse, qui affirmat, somnium
illud fuisse narret) merito suo vapulavit. Adhibuisset modum,
nec propter Ciceronem, et Platonem, et Plautum, scripturas sacras, neque
sapientiam ipsam, quod incultus illarum sermo horrere sibi vide-
retur, prorsus negligeret. Et quoniam in Scripturarum mentionem incidi,
ne divina Sapientia quidem in verbo suo respuere mea videtur: et
ornamenta dicendi, quae sunt mea, quo magis alliciat homines ad

legendum. Et quis extitit ex Testamento ueteri Dauide ornatior, Isaia elegantior, ut ceteros omittam! Et quis in nouo, Apostolo Paulo eloquentior! Et his tantis, ô Iuuenes, tot exemplis, et tam illustribus excitati, quando satietas aeui ceperit, labor fregerit, studium fatigauerit, ad me uenire, in sinumque nostrum confugere recreandi.

Omne vitium turpe et detestabile fateor, at hoc pre ceteris, quod maxime foedum esse a fedis oritur. Figmentum Poetarum est ex trium corporum coniunctione Chimeram ortam, sed figmentum hic dubio procul abest fictio. dum huic calumnie monstro procreando triplex vitiorum mixtio concurrit. nam precipui eius effectores, et quasi parentes sunt mendacium, et invidia, curiositas autem nutrix: papae, oh quenam bella proles ex hoc bello vitiorum ternario: mendacium inquam ipse genitor, quod cum vitam, et animam inspirat calumnie; quid enim remoto mendacio esset inquam calumnia? nam quis calumniator simplici vero contentus unquam fuit? nec aliter posset noxam nocere, nec suum consequi finem. Quapropter ingeniose, qui dixerit, auget, attollitque; totam instar vocis in vallibus concavis repercussae, que dicitur echo, que quum una sit, duo, treisve redduntur. non aliter hoc vitium inspectum, auditumque refert, ac geminat. Verbulo forsan ab aliquo questus sum: graviter accusasse me dicet. Ambiguus fuit mihi sermo: calumnia deterius eliget. Non immerito igitur mendacium ei pater; sed eius genitrix invidia est, que suis malis cogitationibus concepta, eam in mente, veluti in utero gestat, usque dum parturiendi tempus advenerit. Mihi fides non adhibebis? more, et falsae calumniatori inspirate. Invidia semper in hominem probate vite insurgit. Calu-

mniatores etiam non uiles petunt, sicque similes, at eos, qui morum
candore, doctrina, aut qua alia decorati uirtute praestent, et excellant.
Athletae, quando cursu currunt, non quos reliquere respiciunt, at ocu-
los in priores intendunt; sic in praestantiores calumnia. Curiositatem
demum, ut nutricem ei addidi, et merito, quod excepit in sinu, et hanc
nutrit pullam alimento rumorum undique quaesito; hoc deficiente ca-
lumniae uis eneruis, languet, et omni robore caret, et quae nocere uellet
potius, quam posset, quoniam haec est, quae materiem suppeditat, quae domi
nunquam, foris semper, imo in foris moratur; omnium domos, omnium
animos penetrat; haec est, quae sparsos rumores colligit. Ex his aperte
uidetis quanta sit calumniae foeditas, quam mendacium genuit, inuidia
peperit, curiositas educauit.

Iam ad calumniae pernicies progrediamur. Dixi secundo perniciosam esse ca-
lumniam; et utique ualida, et uaria est, quanta nec in bello uirorum ba-
lista, inquam, quod acute, occulteque laedit. Uaria, quod in plerasque res, et
plerosque omnes. Breuiter haec singula attingamus. Dixi acute laedere:
suo calculo regius Psaltes confirmat, exclamans: Dentes eorum arma, et
sagittae, et lingua eorum gladius acutus. Nec ab hoc diuino oraculo nobilis
Spartani dictum dissentit, qui quaerentibus de gladio satisne acutus esset:
acutior, inquit, ipsa calumnia; scilicet significans nullam cuspidem, aut
ex chalybe, aut ferro cum linguae acumine conferri posse; quid enim
ipsa non tangat, aut tactu non penetret? Tum subtilissima fulminis
imitatione cuncta pertingit, eaque efficacius, quod occulte, ut dixi, et
uelut ex insidiis. Quisnam illam cauebit sagittam, quam non uidet? Nebulae
de tempestatibus admonent, et incendiis fumus, de hoste exploratores,
at calumniam ex inopinato deprehendis. Oh fraudes detestabiles! Hostem
aduersum, ait egregie Sallustius, opprimere homini strenuo haud
difficile est: occulta pericula, neque facere, neque uitare bonis in

promptu est. Itaque validas esse ipsas iudicio esse satis pro ingenii mei
tenuitate mihi visus ostendere, nunc quam varia eadem sit perpende.
Potest enim in plerisque re, et plerosque omnes, ut dixi, quod sane
eximium in calumniis adnotabitis. Potest inquam omnes aetates, sexus, ordines.
Non ne igitur totius Orbis infortunium est, quod Phaetontis ad instar
omnia exurat? Quis tam felix, et sapiens, qui tactus se immunem
ab illa? Nemo. Dentes habet semper in promptu, in eos maxime, qui
praeeminent: Hos deprimit, exterit, evertit; et uti, qui aedificium
destruere volunt, primum columnas deiiciunt; nec aliter illa, cuius
ingenium est totum destruere trucidare, illos appetit, quibus humana
Respublica nititur; apertas inimicitias gerit cum prudentibus, doctis,
et sapientibus. Ideo igitur, et varia in re laedit; nec ulla res est, quae
apud homines sit in pretio, quae non expilatur aut saltem imminuatur
ab audacia calumniae. Honores, potestates? Privabit. Omnes habet. Illi
vero vim suam, et artes exercet, quibus Laelium a Scipione, Pyladem ab
Oreste divelleret. Id quod famae causa? quae non immerito a viris probatae
virtutis bonis omnibus, imo vitae praefertur: nam haec utraque caduca, et
fluxa sunt: et opes quidem ante nos saepe, vita nobiscum semper abit:
nomen vero, et fama aeterna: itaque sola est non extincta hic erunt.
Atqui hunc unicum sapientiae thesaurum, pretiosam vitae gemmam calu-
mniator audet omni dolo surripere; et quoniam virtutem laedere non
valet, laedit splendorem, lucem, et quasi imaginem virtutis. Audistis nunc
validam, et variam calumniae perniciem?
Sed ne amplius vos detineam, ad tertiam, et ultimam partem descendo, quae est
de calumniae cautione. Quale igitur in calumniae vulnera remedium
vobis ostendam? duo tantummodo suggeram, quae ad instar clypei calu-
mniae acies retunderint, quorum primum innocentia, alterum vero patientia
sit. Innocentiam inquam, ut clypeum, quo te protegas, et calumniae ictus
propulsare contendas, quoniam certe, qui vitam integer, cautus linguam,

actione pudorem erit, quid tripudiaturus sit ea? Ut in loci, lebetis, et pellis difficillime sordes immovantur; sic calumniae labem non est inculpate viventi. Quare hoc tegmen saepe profuit, Ciceronem scio scribere. Ut ignis in aquam coniectus continuo restinguitur; sic falsum crimen in castam vitam. Igitur albero clypeo uti quis potest, quam patientiam dixi. Et quoniam calumniam vitare non licet, saltem et crebra fronte sustineat, imo et contemnat. Ut bonus et fortis miles telorum circum galeam, clypeumque crepitantia non curat; sic vir fortis, et sapiens doctrina. Quid enim tollunt? famam. Bonorum est apud bonos. Virtutem, aut sapientiam? Ea non subiacent humano arbitrio. Sed tu desine plura; et audisti foeditatem huius vitii, perniciem, cautionem. Quid denique? claudam, ut sic dicam hac mea precatiuncula cum Davide: muta fiant labia dolosa, quae loquuntur adversus iustum.

Epistola di Cicerone scelta.

Tibi gratulor; mihi gaudeo; te amo; tua tueor; a te amari, et quid agas, quidque istic agatur, certior fieri volo. Vale.

Traduzione.

Teco mi congratulo; meco godo; voglioti bene; assistoti nelle tue cose; se mi vogli bene, e che vi faccia, e che costì facciasi, saper desidero. Addio.

Artifitio spiegato.

Contiene quest'epistola brevissima, benevolenza, congratulatione, offitio e curiosità.

La brevità consiste nel tacer la cosa del che si congratula, e si rallegra, come scrive la lettera è chi ben sà ove cada l'allegrezza, e consolatione, con la congratulatione; sì ancora nel lasciare la particella congiuntiva Et, ben tre volte nei primi membri. La congratulatione è nelle parole Tibi gratulor. La benevolenza nel Te amo

certior fieri volo à te amari, et quid agas, Perche l'amico desidera sapere d'essere amato, e che cosa si faccia l'altro amico in assenza. L'offitio stà nel velle nosse, perche si vede quell, che fà Cicerone verso l'amico. la curiosità è in quello Certior fieri volo, quidque iste agatur. l'Epistola è di buon suono, e numero, in quel che porta lo stile familiare, e sta nel principio nella parità dei membri, e nell'alliteratione, e simile desinenza; e nel fine il verbo servile posto con bella oppositione, e regge tre membri quasi uguali.

Epigramma.

Quae olim lupa erat, meretrix nutricula fratrum,
Quicis accepta refert semina Roma sui;
Iam lupa, quae meretrix nunquam satiata recedit,
Tot licet una agnos sorbeat, una lupos.

Effuge, quem signo tuxpi natura notavit.

Epigramma.

Stigmate cui frontem Iudex signavit inusto,
Quod vitio insigni est dedecorata probro,
Hunc fugias hominem, et vitis bene caveris: at istum
Quem natura notat, nequiter haud fugias?

Epigramma.

Omnis animi lumen, quam corporis huius utrumque.
Servandum potius Lucia Virgo peto.
Hoc ore servus in primis, quo bene cerno,
Quod coeli in vesti debuit esse prius.

Idem aliter.

Servetur potius, quam corpore lumen utrumque
Mens animi lumen, Lucia Virgo peto.

Septimo Idus Decembris, quo Tullius occubuit, Natalis Cathedrae S. Ambrosii

Epigramma.

En quâ luce silet Latiae facundia linguae,
Cuius erat Cicero spiritus, ora, sonus;

Natalis Cathedrae Ambrosi, unde hoc nomine dulci
Dulcius illa fluens coepit in ore sacro.

Idem aliter.

Natalis Cathedrae Ambrosio, unde ore illa sacrato,
[Omina dat nomen] dulcius ore loqui.   sive
Saeculo ab hinc quarto ex Insubribus alta Cathedris   seu
Saeclis post quattuor ex Insubribus alta Cathedris
Ambrosio illa sacro coepit in ore loqui.

Distichon.

Nomine quid meretrix, si vis evolvere nomen,
Vita, quod unica corporis aera mores.

Ver flores legit, atque greges, armentaque supplet,
Maturas messes, dein torrida colligit aestas,
Cumque suis pomis autumnus frugifer uvas
Servat hyemis partis, iucundisque utitur escis.

Fascibus Imperii quondam decorata, togisque
Romanae Sedes medio asperrima belli,
Victrices aquilas mundi per cuncta ferebat,
Christiadum sed facta caput, modo Pectore Christo
Corda sibi menteque hominum, non corpora vincit.
Nec minus, namque haec sunt inconcussa locatur
Prima Petri Sedes, quam Sedes Tarpeia ipse
Aggreditur fulcire, sic sunt oracula dia:
Immo ruat totus licet hic ad pulvere orbis
Agmine non nullo quatiet tamen, aucte nullo;
Nunc equidem, nunc Roma valet de robore dicta,
Nomine digna suo, nunc illa Valentia vere
Nunc stat, nunc stabit Capitoli immobile saxum;
Nunc aeterna, atque immortalis dicitur Urbs.

In Cod. Theodos. leg. 3. de collat. donat. possess. Excepta aeternabili Urbe. ex Catalogo.

Epigramma.

Heu mors fortunae Ludibrium, an ludibria dicas?
Nunc caelo imposita, nunc humilique Loco.

Mons pilę, miseros sic sors contraria uersat,
Immò sibi hunc fidum sedes in orbe Deus.

Idem aliter.

Mortales ludus sumus, et ludibria sortis
Nunc altum petimus, nunc humilemque locum.

Hexasticon.

De Labyrintho.

Oh tu Matthaeos hortos spectare paratus
Quos coeli collis parte videre scias:
Hic Labyrinthus adest, quem finxit Daedalus alter,
Quo uia multa quidem, sed mala fida tamen.
Principio sub molli aditu pulcherrima sylua:
Sed mox ingresso clauditur absque via.
Namque per ancipites iter semita flectitur umbras,
Et sunt multa doli, indeque ciuiat iter.
Orbibus implexos orbes habet innuis error,
Fabula ubi ante uagos, qui tenet usque pedes.
Verbo, non labyrinthus erit, si labore itinus,
Atque exire pares, sed labor inde erit.

Idem aliter.

Siquis forte (Duce Matthaei admittitur hortis)
Stappes, ubi attollit Caelius orbe caput.

Caietane puer dulcissima cura Parentis,
Qui te sic amat, ut nec amet sua uiscera tantum
Mensibus elapsis cum febris absumeret artus
Roma tua, magnoque fores discrimine uitae
Flebant te Tiburtis saxa cadentibus undis
Qui sonitu, et gelido Tiburnus flumine fluitat,
Flebant et Collinae querulo clamore Napaeae
Impedebant ualles, ubi garrula concinit Echo.

Ergo ne invidiae tantam vim Parca voluit,
Carnifex ipse suis ultra stamina fusi
Rexit, et in longum puero aurea vita trahatur.

Oh ager Ausonius, oh Sora, oh frigida Tempe,
Quae resonans Liris, gelidusque interserat amnis
Fibreni, seu forte quis alter oberrat in hortis,
Seu fluvius, seu monte cadens cum murmure rivus,
Tuque, oh naturae pondus libera Insula Sorae,
Non demum quidem, sed aquarum amplexa ruinis,
Vos iuga, quae patent cum Palladia arbore vestit
Iuncta Ceres Baccho, et Flora, et Pomona vicissim,
Sed procul hinc, ubi laeta Ciuga, ac campestria late
En caput, unde venit Pater Appenninus ad auras
Late riget nivibus, maiori parte virescit,
Oh quam pulchra oculis haec sunt spectacula nostris!

Epigramma.

Mundi Roma caput, totum sibi miscuit orbem,
Humanumque genus maluit esse suum.
Iuncta diu late imperitas, nova regia nobis;
Sic facti hisce locis Hybridae utrique sumus.
Barbaries mox Italiae, fex est Vandalus, Hunnus
Cum Franco, et Gotho, Theuton, Alanus, Avar
Tot omnis septem subiectis Trionibus ipsa
Polluit Hesperiae colluvione plagas.
De Longobardis, sed maxima portio constat.
De veris Italis pars quota nunc superest?

In Chronico Andreae Presbyteri edito a Menck. Tomo I. Antiq. Ital. pag. 44 Langobardi.... Pannoniam vero a in usque sui Avarorum genti commendaverunt. Ad haec verba ibi adnotatum est: Paulus diaconus in lib. 2. de Gest. Langob. [illegible] Hunnis commendantes Pannoniam scribit. At Paul. Hunni, et Avari an iidem [illegible] est. Eosdem Avares primum Hunnos postea a Regis proprio nomine Avares appellatos fuisse ibidem scribit.

Epigramma.

Alcides geminos elisit faucibus angues,
Dum puer ad cunas repsit uterque ferus;
At solus Nicoleo fuit infantilibus annis
Monstrum immane, vorax, continuisse gula.

Namque sat, fertur, pius enutrire diebus
Hac semel exugere, idque cadente die.
Quam pietatem alii, siugunt cui labe puellæ
Nicole . . . maior, ut sine lacte bibit.

Epigramma.

* Lumine Acon dextro, capta est Leonilla sinistro,
Et potis est forma vincere uterque Deos.
Blande puer lumen quod habes concede sorori,
Sic tu cæcus amor, sic erit illa Venus.

Horologium arenarium, ex cineribus Alcippi ob amatæ feminæ discidium tabe consumpti.

Epigramma

* Perspicuo in vitro pulvis, qui dividit horas,
Et vagus angustum, sæpe recurrit iter.
Olim erat Alcippus, qui Gallæ ut vidit ocellos
Arsit, et ex cæco factus ab igne cinis.
Irrequiete cinis miseros testabere amantes,
More tuo, nullâ posse quiete frui.

Epitaphium

De S. Thoma Aquinate.

Sacro è fonte vocor Thomas, cognomine Aquinas
A Patria, virtus addidit Angelici.
Florensem sophiæ studiis, cathedraque docentem
Audiit in multis natio multa locis.
Audiit Urbs Vicana, Urbs inclita Parisiorum,
Fundi, Roma, Fogi, Felsina, Parthenope.
Lelucenus rapuit, rapto Tolosa potita est:
Sed mea, quæ potior pars fuit, astra tenent.
Sub duce Dominico, dum vixi cælibe vitâ,
Cuncta mea Ecclesiæ scripta fuere bono.
Ergo diu fuerit terris sapientia vivens,
Divinum donum, perpetuumque datum.

Dum tenes sophie, inquas laus, ego nomine clarus.
Huius ero, haec autem nomine clara meo.

Notae aliquae in Epitaphium.

1. Gulielmus Cane Hibern. Lector. in D. Thomâ Aquin.
2. Vulgo Foggia. Fogia. Auctor in opusculis, meminit idem Cane,
qui supra. et Albertus in Capitanatae opusculo.
3. Monasterium Fossae novae est apud Priuernum. Basilius Ferm.
Ord. Praedicat. in uita S. Thomae; ubi de eius morte.

Et Iudaeos uobis Epistolis de grege Priuernates
Hic exul Patria, et iucundis exul amicis,
Inter confusus Volsci istius aspera montis,
Aspera enim bibens, pedibus magis apta terendis;
Qui pene è uicina teneat, qui uilibus ouis
Corpore trux achuersus hyemem, et mala frigora telluris;
Neque ubi sarcina, uel cura domestica cessat,
Parupertis in tugurio lactante pauperis cellâ,
Excepit hic Iudaeus latiae exemplaria linguae
Nocturna uersare manu, uersare diurnâ.

Epigramma.

Terribilem tandem deponas dogma Pallas,
Sat belli terris, militiaeque fuit.
Exoptata diu iam feceris otia nobis,
Cumque tuis tandem consociare Sophis.
Arma procul musis, nam si clangore tubarum
Instrepitum, Clio pacis amica silet.

Epigramma.

Christe deus, uirtusque Patris, cui dextera trina
Hunc orbem digitis protrat, cumque tubis,

Cur te damnatum ypocrita, ut Lastibula ferri,
Saepe ferunt oneri succubuisse tuo?
Ah non pressat onus, sed tot, tantaque pressant
Crimina, quot cuiusque pondera quanta meę!
Pondere si uictus nutat, sub numine cuius
Subdita stat mundi machina tota triplex!

Quo sim forte loco, et quaę sint hęc oppida terrę,
Quę me detineant, tibi amice, est noscere uotum.
Proximior soli postquam sunt Hernica saxa
Finita, et Latium Apennini parte reposta
Me tenet Arpinum, quod grece nomen ab Harpe,
Ni fallor, quasi quid rapiat conuertere possis,
Ah uereor, ne me rapiat, ni fata resistant.
In triplici facie non ullo ex puncto uidentur
Cuncta simul, quę monte sedent pendentia tecta.
Plurimus Agricola hic habitat, nasioque timendus
Bellio, mercator uilis, Lanariiq. uendelus.
Attamen est cęlum late, limphęque salubre,
Terra ferax oleę, arboribusque, et uitibus apta.
Quod si nosse cupis, quę sint confinia terrę
Hinc, atque hinc ...

Ex Mss. P. D. Jo. Andr: Massè V. R. Ecitali
ad antiquam Geographiam pertinentia

Lucullanum subintelligi his prope Neapolim. V. Martyrologium Rom. 8. die Januarij. vide Nova Guida per far osservare a Forastieri Napoli. v. Varronem de Re rustica lib. 3. cap. ultimo. V. Ciceronem lib. 2 Academ. qui inscribitur Lucullus paulopost princip. Puto nominatum hoc res tanquam delitiosissimum lib. 3. finium non longe multum a fine libri.

Fuit autem hoc Lucullanum L. Luculli ut videre est ex lib. citato qui inscribitur Lucullus [redacted] M. Lucullus habuit amenam villam prope Tusculum ut observat Baronius in annotat. ad Martyrolog. 8 die Januarij, & fit mentio hujus villae Tusculanae 3°. De finibus a Cicer. in princip. ubi erat magnifica Bibliotheca: Utrasque villas nominat Varro ubi supra.

Ceterum redeundo ad Lucullanum prope Neapolim ubi fuit quondam corpus & Ecclesia S. Severini Abbatis quae durabat etiam tempore Gregorij Magni; Lucullanum itaque illud fuit ubi nunc est Castello dell'Ovo & remanent vestigia ut observat la guida nuova di Napoli; additque Varro ea de causa in

A

a L. Lucullo montem perforatum, ut scilicet postquam perfodisset montem (sunt verba Varronis) ac maritima flumina immisisset in piscinas quae reciproce fluerent, ipse Neptuno non cederet de piscatu ut amatos pisces suos videatur propter aestus duxisse in loca frigidiora, ut Apuli solent pecuarij facere quando propter calores in montes sabinos pecus ducunt

Hinc Baronius die 18 Januarij ad Martirologium annotat hanc esse celebrem criptam Neapolitanam perforatam a L. Lucullo. Sed errat nam mons perforatus a Lucullo non ambulationis causa, sed immittendi flumina maritima propter servandos pisces ut loco modo citato ait Varro. At cripta illa celebris Neapolitana de qua Seneca, & Strabo lib. 5. describens Neapolim fuit causa itineris non maritimi, sed terrestris perforata, ut ex eodem Strabone & Seneca videre est

A quo autem haec cripta perforata fuerit incertum ait Lipsius in epist. Senecae. At guida nuova Neapolitana dicit inscriptionem quidem recentem esse quae perforatam ait a M. Cocceio. Idem testatur Bernardus Tassus epist: collectarum a Zucchi p. 2. lettera 2.

Ex Guida scopulos. Perforatum a Lucullo tradit Guicciardinus loc. infr. citand.

descrizzione al Sig.r Gio Batta Porez, idest esse personam a M. Coreggio. Hanc esse apud plerosque sententiam ait Celestinus Guicciardinus in suo Mercurio Campano in Urbis Neapolitanae descriptione vers. finem

Liguria a tempore ante Antoninum Augustum erat etiam Insubria. In itinerario Antonini numerantur provinciae Italiae 17. dicitur Liguria in qua est Mediolanum. Vide etiam Labbe in Topographia Italiae in apparatu ad Concil. ubi Galliam Cisalpinam Liguriam inscribit. V. Pagium in 1. tom. Critic. ad Annales Baronij ad annum Xti 37. n. 8. in tabula descripta, ut ait ipse ante tempora Arcadij, & Theodosij

Ravenna fit caput Emiliae ab Labbè in notitia Urbium Concil. in apparatu; sed in Flaminia ponitur in Itinerar. Antonini in divis. provinc. Italiae. Ariminum ponitur in Aemilia item Ferraria Caesena in Flaminia apud eundem Labbè ibidem. Sed errat Labbè nam Blondus cui est credendum utpote perito ejus loci, ubi natus est, in descriptione Romandiolae ait viam Flaminiam Ariminum Roma continuatam esse usque ad Forum Cornelij, idest Imolam. Ab Imola usque Placentiam

ea

seu Trebiam caepisse Aemiliam quam descrip-
tionem videtur confirmare Itinerarium Antonini.
Dicitur enim esse Ravenna in Flaminia ut
supra. Ex quo habes Ariminum, Ravennam
quae est in Flaminia, et caput sunt Emiliae:
Post in ipsa Flaminia Caesena Forum Julij, Fa-
ventia. Sed ab Imola seu foro Cornelij incipit
Aemilia, & ipsa Imola Bononia Mutina
Rhegium, Parma & Placentia. Ubi vides Roman-
diolam, quae ab Arimino Ravennam includit
Bononiam ultra Flaminiam comprehendere partem
Aemiliae.

Adde quod in vita S. Ambrosij scripta a Paulino
dicitur Ambrosius praepositus Liguriae & Aemiliae
venisse Mediolanum tanquam ad locum suae
jurisdictionis, ibique Lares fixisse ut explicat Cave
non venisse casu, ut videtur velle Baronius in
vita Ambrosij. +

– Aemilia via duplex ex Strabone qui ... ait lib.
5. Hic est ille Scaurus qui per Pisam & Lunam
usque Sabatios viam stravit Aemiliam & hinc
per Derthonam. Alia vero est Aemilia quae
Flaminiam excipit. Eodem in Consulatu M. Lepidus
& C. Flaminius collegae fuerunt victores
Ligurum, straver hic quidem Flaminiam e Roma
per Tuscidam & Umbriam usque Ariminum alter
ulteriorem vero usque Bononiam, & ex ea Aquilejam

prope.

A Aemilia via a. 2. 3. c. 4
Anagnia a. 4.
Ariminum. b. 4.
Amiantus. b. 2.
Apia b. 3.
Annonariae provinciae d. 2.
Albatina via c. 2.
Aegyptus c. 3.
Brixellum a. 3. c. 4.
Baburus. a. 4.
Barbarino b. 4

Cremdae b. 4.
Clitumne c. 2.
Cupra. c. 2.
Citatoris mons. c. 1.
Cors. c. 4. f. 2

Diecusij c. 1.

E

Flaminia via a. 3. c. 3. c. 4.
Fiume verde b. 4. c. 2.
Flumen. c. 2.
Francia c. 3.
Farum c. 3. g.
Fregellae d. 3.
Flegra d. 4.
Gallinana pinus, silva d. 4

G

Haemica via a. 4
Hirpini b. 2.
Hilarnae legis b. 4
Herculaneum b. 2.

Insula filiorum Petri c. 2.

Lucullianum. a. 1
Liguria a. 2.
Laconia b. 2
Latium b. 3.
Lacus b. 4.
Laus Pompeia c. 1.
Metaurus. a. 3.
Mevania b. 2.
Municipium b. 3.
Morra b. 3.
Mammini b. 3.
Marphigiani b. 3.

N

Ocbalius b. 2.

Peloponnesus b. 3.
Picenum. b. 4. c. 3. d. 2.
Philippi b. 4. c. 2. h. 3.
Padua c. 2.
Pentapolis. c. 4.
Papuria ... h. 3.

Maceratonia balnea b. 4
Maronia c. 1

Q
Ravenna. a. 2.
Reate b. 2.
Romania. c. 2.

Spartania b. 2.
Sentinates b. 4.
Sicilia d. 1.
Saburbanae provinciae d. 2.

Therapne b. 2.
Thuscia d. 2.
Tomus. h. 4.

Vulturnus b. 4.
Ulterbium b. 4.
Veravius c. 2. g. 3.
Urbicariae provinciae d. 2
Volsci. c. 3.
Velitrae. c. 4.

X

Z

...inus legis. c. 4

Aquinum f. 1. Aqua virgo. g. 2.
Atina f. 2.
Alba. f. 2.
Anxur. f. 3.
Antium f. 3.
Agrinum. f. 3.
Bolae f. 2. f. 3.

Larina g. 1.
Lycaonia g. 4
Locri h. 1.
Longobardi h. 2.

M

Casinum. f. 2.

Nuceria g. 3.

D

E

Elides g. 3.
Epicnemidij h. 3.

Olea Loqui f. 3.
Olimpus. g. 3.

Fidenae f. 2.
Formiae h. 1.

Privernum f. 1.
Pugnaus f. 4
Parthi f. 4.
Picentes h. 3.

G

Quercus maiana f. 4

H

Rhetiana civitas f. 4.
Roma f. 4

Insula Circeij g. 3
Insula Lycaonia g. 4
Jalysus g. 4

Stagira h. 2.
Saraceni h. 1.
Spelunca Homeri g. 2
Suessa. f. 2. f. 3.
Sora. f. 2.
Syria. f. 4.
Surrentum g. 1.
Saturni sepulcrum. g. 1.
Servia g. 2.

Tarentum. g. 2.
Teuthrantia regio g. 2.
Triballi g. 2.
Tusculanum g. 2.
Tenmole g. 2.
Tusculum g. 2.
Tibure. g. 2.

X

Y

Z

Alpium radices ducta per ginon circa paludes opere. Haec nunc via Francesca dicitur. in qua lapis

+ Erat etiam Baronius, cum in vita S. Ambrosii inscriptione dicat hunc praepositum Aemiliae, & Liguriae & Insubriae cum olim tempore Ambrosii Liguria contineret Insubriam. melius Paulinus in vita Ambrosii qui nominat tantum Liguriam, ad cujus caput Mediolanum venisse ait Ambrosium, & ut bene explicat Cave, Longibi fixisse #

cum hac inscriptione invenitur at Valentiniano Valenti Dominis fratribus semper augustis devota Venetia conlocavit. Ergo etiam per Venetiam ducta haec via.

Aemilia via a Placentia producta Flaminiae conjuncta est a M. Aemil. Scauro. v. Blondum in princ. ubi de Romandiola. atque Baronium ex Bapt. Pio in annot. ad Mart. v. Fernab. in ep. ib.

Flaminia via durat usque Ariminum, ibi et Marginem Strabone citato. v. Liguria in fine. Ita Albertus cum illo ubi de Romandiola quamvis Blondus protendit usque Imolam. v.. supra Liguriam & Blondum ubi de Romandiola; Ariminum ne comprehendatur in Flaminia, an Aemilia disputari debet. certe Ravenna est in Flaminia ex Itinerario Antonini Pii v. supra in Liguria. esse in Flaminia ait Thesaurus Latinae linguae unde Strabo intelligi debet cum dicit Flaminiam Roma per Tusciam & Umbriam protendi usque Ariminum intelligi inquam inclusive, quidquid dical Labbe

M. Suetonius in Augusto: Quo autem facilius undique urbs adiretur, desumpta sibi Flaminia via Arimino tenus munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit.

in Geographia Concil. v. supra Gizarta.

Forum Cornelij vulgo Imola erat in Flaminia unde Flaminia teste Blondo cum dicitur protendi usque Imolam debet intelligi exclusive. Nam Imola dicitur in Flaminia a Martiali lib. 3. epig. 3/4 ad librum suum. Romam vade liber si caveris unde requirat, Aemiliae dicas de regione viae, si quibus in terris qua simus in urbe rogabit, Corneli referas me, licet, esse Foro. mihi 3.

Civitas supra Padum appellatur a' sulle Brescello — Brixello vulgo Brescello incipere seu continere Flaminiam ait Sidonius Apollinaris lib. 1. epig. 5. versus finem: Brixellum dein oppidum, dum succedenti Aemiliani nautae decedit Venetus remex.

Flaminiae oppida vocat idem Sidonius ibidem in oppida quae sunt via Flaminia:

Celebris illa pugna qua victus ac caesus est Asdrubal ad Metaurum a Cl: Nerone & Livio Salinatore Coss. fuit prope Fanum. Audi Sidonium Apollinarem lib. 1. epist. 5. Hinc Fanum Fortunae perveni, illud Gallorum rebellione memorabile hoc Asdrubaliano funere infectum. Siquidem illic Metaurus cujus ita in longum felicitas uno die parta porrigitur, ac si etiam nunc Dalmatico salo cadavera sanguinolenta decoloratis gurgitibus inferat.

Fuit autem haec pugna dissipantum longe a mari

a mari forsitan in loco vulgo dicto le Taccarnelle prope quidem Forumsempronium, sed tamen in Territorio Fanensi. nam T. Livius lib. 27. pag. 209. alt. fac. haec habet. Asdrubal dux lucem viam ostendebat, ripa fluminis signa ferri jubet & per tortuosi amnis sinus, flexusque cum errore obiens haud multum processisset & ubi prima lux transitum opportunum ostenderet, transiturus erat, sed cum quanto a mari abscesserat tanto altioribus coercentibus amnem ripis non inveniret vada diem terendo spatium dedit ad insequendum hosti. Certe ripae Metauri paulum a mari distantes assurgunt & altiores fiunt prope locum jam dictum.

Meminit hujus pugnae & fluvii Albertus in descript: Italiae ubi de Umbria pag. 28 & notat Metaurum fluvium ex ~~p~~ Blondo ubi de Piceno.

Babucus, vulgo ~~Bau~~ Bauco in Hernicis Martyrolog: Rom. 12 Martii S. Petrus Confessor. Verulis, Babucum ~~Ferentinum~~ in Hernicis

Hernica saxa, Herine saxa lingua Hernicorum dicuntur saxa. ex Anagnia in Hernicis Stephanus Thesaurus Fabri & Roberti ponit, ponit item Blondus & Volaterranus sed Virgilius Anagninos eo videtur distinguere ab Hernicis lib. 7.

Quique altum Praeneste viri, quique arva Gabinae Junonis, gelidumque Anienem, & roscida rivis

Hernica

Hernica saxa colunt. quos dives Anagnia pascit
Quos Amasene Pater....
Videatur ex his versibus interpunctis, ut fieri debet inter=
punctio, Anagnia distincta ab Hernicis, nam populi
Praenestum colentes agrum gabinum Anienis ripas
& Hernica saxa inter se separata, ut illi ab his, qui
colunt arva & ripas Amaseni, nisi
divisive male velis Virgilium qui unum membrum
dividens in alio dividente comprehenderit. Vide
Martirologium Rom. ubi licet non semel dicat Ferentini vel Venuli in Hernicis, nunquam tamen dicat licet
plures sancti referantur ibidem Anagniae, hanc civi=
tatem in Hernicis fuisse. Animadvertendus est textus
ipsius qui fauere videtur lib. 8. Blondo citantes aliis
qui videntur Blondum sequuti.

Tamen cum Macrobio sentiendum qui mani=
feste favet Blondo & Volaterrano Aeneid. 7. illos versus
Virgilij explicanti manifeste collocat Anagniam in Hernicis
cujus sunt verba lib. 5. Saturnalium mihi pag. 442
in 4°. Qui non legeret (i. Virgilius) Hernicos quorum
est Anagnia a Pelasgis oriundos appellatosque ita a Pelasgo
quodam duce qui Hernicus nominabatur, & confirmant
statim auctoritate J. Higinij. Unde videtur errare Servius
& eodem auctore Farnabius qui lingua gabina Hernica
saxa vocata esse affirmat, quod potius ab illo Hernico
Pelasgo sint ita appellata.

Arminium

Ariminum de quo Lucanus ob portam in Italiam infelicitatem, describit & queritur, quamvis sit in Flaminia, v. Liguria. tamen ponitur in Gallia ab Eutropio. sic enim ubi de bello Tarentino cum Pyrrho gesto Q. Galone & Fabio Pictore Coss. bellum Picentes commovere, & ab insequentibus Coss. P. Sempronio, & Appio Claudio victi sunt, conditae sunt a Romanis civitates Ariminum in Gallia, & Beneventum in Samnio. Tunc etiam Croton a Romanis invaditur.

Ergo conditum Ariminum ex computatione Petavii in sua Chronolog. ann. mundi 3716 ante Xum 267

Hic autem Ariminum in Piceno Coloniam deductam non conditam civitatem ex Livio lib. 15 apud Albert. & quidem conditam in Piceno ait Livius. in Umbria Strabo, in Gallia Ptolomeus cum Eutropio concordans in Gallia inquit Senonum ut aperte notant Ptolomeus & Albertus. Nam in Gallia Cisalpina non erat, siquidem termini Galliae erat Rubicon qui est ultra Ariminum.

Reate ~~in~~ umbilicus Italiae. In agro Reatino Cutiliae lacus in quo fluctuat Insula. Italiae Umbilicum esse M. Varro tradit. Plinius lib. 3. c. 12. & Albertus in descriptione Italiae p. 100, qui affert locum Virgilii Aen. 7. Est locus Italiae in medio sub montibus altis

Nobilis &c. Quest loco, dice L. Albert, è, sic detto

& omnia

& omnia accomodat Reatinae regioni quae hi in Virgi-
liana descriptione pag. 101. praeter ea vertu ruptoque
ingens Acheronte vorago, pestiferas aperit fauces. Non
puto hic mentionem fieri Cotiliarum ubi teste Marty-
rologio Romano 7bris 3. entes & sulphuratae
currant aquae ad quas damnatus fuit S. Victorinus
vulgo Castigliano de quo vide Allestrum pag. 95.
Quidquid dicat Lambertus Hortensius & Servius cum
Donato qui faciunt hunc locum apud Venosam.
~~Dicit atque~~ Livius etiam lib 26. nominat Cutilias
describens iter Annibalis Romam.

At si credimus Ciceroni lib. 1. de Divinat. pestis
a med. venus finem ante venusillos Flexanimo ut Bacchis
~~[illegible]~~ lymphata &c. Amsanctus est in Hirpinis ubi dicitur
terra pestifera, seu mortifera a quo non longe divertit
Donatus. V. Thesaur. ling. lat. & Fabri. v. Amsancti
unde med. Italiae hi erat Hirpini ubi sunt. v. Enn
prop. v. Hirpina Idem dicit Heinsius in notis margi-
nalibus ad locum Virgilij.

Galliher Thesaurus latinae linguae dum putat
Therapne seu Theramne esse oppidum Sabinae
dum explicat illud Sil. Italici lib. 8 v. 82

Ecce inter primos Theramnes a sanguine Clausi
Exultat rapidis Nero non instabilis armis
putat enim Robertus Theramne esse oppidum

Sabinae

Sabinae, sed falso cum e contra[at] videmus Lacones Sabinos & Sabinos omnes propterea vocari de sanguine Therannea quod essent oriundi e Spartanis Therannea per figuram Synecdochen parte pro toto posita.

Oebalius dicitur Tatius in primo fastorum Ovid. V. Strabonem, quod lib. 5. innuere videtur Sabinos ortos vel ex Tarentinis, vel socios sibi adscivisse Lacones, licet obscure loqui videatur Strabo Ovidium explicat ita ut alter scriptor alteri opem ferat. Oebalia duplex est alia prope Tarentum regio est, alia est Laconia ipsa. v. Thesaur. lat. Linguae

Oebaliae matres non non Italae simpliciter dictae, ut vult Thesaurus latinae linguae Fastorum 3. ubi de raptu Sabinarum, sed Sabinas ipsas ob eandem causam. Sed clarius Plutarcus in vita Romuli circa medium ubi de raptu Sabinarum. At Sabini, inquit, vis hominum permagna erat; incolebant vicos sine muris, quasi id ipsis petitum fort, elato animo & interrito esse qui Lacedemoniorum coloni essent.

Spartania & Laconia, Lacones & Spartani idem sunt, & Synonima.

Oebalides puer fuit Hiacinthus idest ex Oebalia idest Spartania, seu Laconia. Ovid in Ibin.

Quo puer Oebalides ictus ab orbe cadas

V. Sabi

vide Fabr. Thes. v. Oebalides, idem dicitur puer Therap-
neus, seu Theramneus. Est idem Therapne seu Therap-
hnae. est urbs Laconie v. eundem Fabr. Ovid. fast. 5.

Prima Therapnaeo feci de sanguine florem
Et manet in folio scripta querela meo

~~Hic~~ Vel scribitur Theramnus ling. lat. 64. vide supra.

Propertij patria Mevania ex Blondo, Volaterrano, Crinito in Italia imo ex ipso Propertij Testimonio, unde nescio quid in mentem venerit J. Scaligero qui patriam fecit hujus vatis Ameriam. v. locum ipsius in lib. 4. eleg. 1.

Umbria te ~~notis~~ notis antiqua penatibus edit…
Qua nebulosa cavo rorat Mevania campo
Scandentisque arcis consurgit vertice murus
Murus ab ingenio notior ille tuo

Non de muro Ameriae, sed Mevaniae hic loquitur Propertius, & dicit illam murum quamvis celebratum ab auctoribus, seu scriptoribus admirabilem quidem per se ipsum, sed multo magis ob ingenium Propertij intra quod ipse fuerat editus. Murus autem hic non erat Ameriae. nam Plinius lib. 35. cap. 14 in fine sic inquit: In Italia quoque latericius murus Aretiae, & Mevaniae est. Huic concinunt versus alij ejusdem elegiae.

Mi folia ex eadem ponige Bacche tua

Ut nostris tumefacta superbiat Umbria libris
Umbria Romani Patria Callimachi
Scandentes si quis cernet de vallibus arces
Ingenio muros estimet ille meo.

Latium quonam extenderetur audi Calepinum teste Servio x Ex Plinio accepit lib. 3. cap. 4. sed loquitur de Latio antiquo tempore Rom. Regis v. Volsci 5.] Nam extendebatur antiquitus ab hostio Tyberis usque ad Sarracinam 50 milliaria secundum longitudinem; Novum postea quidquid inter Tyberim & Vulturnum adjacet. Sed novum erat tempore Reipublicae & non Regum latinorum de quibus Aurunci & Volsci postea comprehensi sunt inter Latium, & Sannites, & Etrusci qui reges habebant suos.

Ex Blondo in Latio illustratae Italiae teste Strabone ab hostijs Tyberis usque ad Sibarum fluvium ubi fuit olim oppidum Sinuessa ita per partem maritimam; per mediterraneos comprehendit Aborigines Rutulos, Volscos, Hernicos Aequicolas, Marsos & eos qui proximam Marsis incolunt Apenninum. Dest usque ad viam Appiam ubi ostium Liris vulgo Garigliano portuque a mole Cajetae olim Formijs per sex vel septem milliaria hospes aliqui discesserit procedens per mediterranea juxta Trajectum ad fluvium praedictum tuam iter. Post Trajectum fluit amplus in modum Pyramidis apparet ad decem millia pass. perennis planities, cui cuspidem ejus basim [illegible] latere [illegible] montes, & littus maris efformant

Decem milliarijs distat Trajectum a Cajeta ex Blondo in Via Latina

Ita est
affermat; ~~that~~ campanus ager. vide Guicciard. in Mercurio Campano prope initium

// Municipium deterioris, an potioris juris & conditionis fuerit, quam Colonia V. Gell. lib. 16 c. 13., & distingue tempora. Certe ~~[illegible]~~ ab initio fuit municipem potius esse quam Colonum

// Morea olim Peloponesus, atque etiam Apia dicta s. a piris quibus abundat ea regio. Apia graece, latine Pirus. v. de hac cognatione Jo. Zanarem in epist. de nomine & dignitate despota circa finem. De nomine i. Apia seu Piro. v. Thes. lat. Tu Apia & Thes. Fabri v. Pirus.

// Marrucini a flumine Vomano ubi olim desinebat Picenum. v. Picenum & includebant Theate vulgo Chieti. v. Volaterr. de Italiae descript. a Marrucinis originem ducebant ~~[illegible]~~ Asinij Pollione v. Thes. Fabri v. Asinij. Caeterum J. Scaliger in ~~[illegible]~~ Catulli Marrucine Asini contendit esse quid ~~[illegible]~~ injuriosum dictum, ut Marrucinus idem sonaret, ac asinus seu bufalus, & docet exemplo ~~[illegible]~~ aut. ut nunc dicitur Asino Marchegiano.

// Marchigiani grossi, ed idioti. Vita di S. Gio: da Capistrano Rabadeneira. Ibi vide errorem Rabadeneirae qui dicit B. Jo: de Capistrano fuisse Commissarium Pontificium adversus Fraticellos in Marchia Treviriana. fuit enim in Anconitana v. Waddingum ann. 1426 in principio. Pozilio Senato Piano che uguise secondo

secondo Val. Massimo, Cicerone lib. 5. de ingratis vien chiamato dal Claudi nell'antica Arpino il perfido Marchigiano lib. 3. pag. 157.

Maceratensia balnea adivit valetudinis causa Pius 2.us Platina quae vocat ea Balnea Maceratina Henricus 7. ex Bzovio an. 1313. n. 4. ubi dicitur Pius reliquis initia morbi incipientis (dissenteriae illo morbo acuto febris peremptus est) adoriebatur a quo ut convalesceret medicorum consilio Balnea Maceratensia adierat & post pauca: Consternatum Henricum ac exinde disenteria laborantem ea Balneorum lotio non minus recreavit purioris aeris loca petere constituit.

Sed Maceratina vocat Platina & sunt in agro senensi ut ait Baccius de Thermis, ubi ... Petriolana.

Picenum habet colles montes & campestria ut Palestina quae pariter expectat pluviam de caelo, ypsa ... Piceni debent servire Deo ut Palestini ne forte claudat caelum, & dicat nubibus ne pluant. V. Deuter cap. 11. a a vers. 10.

Philippi Civitas Macedoniae olim apellata Crenides in qua Philippus Macedo aurifodinas excolens quotannis M. Talenta colligebat. Diodorus apud Bekorum. 4356.

Dante ove ~~parla~~ nel purgatorio parla del fiume verde ove fu sepolto Manfredi l'autore della nova Cuprano pretende essere il fiume verde appresso Cuprano, quando il Boccaccio appresso il Summonte Istoria di Napoli ove tratta della morte di Manfredi Manifestamente dice esser vicino ai liti della Marca. v. il B. ove istoria di Fiumi

Desiderij Regis Longobardorum decretum est in verbis Feudalibus in fine appositis Lexico V. I. Calvini, ubi dicit a se aedificatum Barbaranum in Etruria seu Tuscia, loquitur de Barbarano prope Viterbium, nam dicitur aedificatum Volturenis, dedit Viterbiensibus quem Pref. scribit & dicit, Volturenus vox composita ex Tirena Volturna & factum Voltirenum. — Sunt quatuor hae litterae FAVL. in pecunia Viterbiensium inscribendae, ut opinor legendum. Facta quod Vetuloniam longulam. Jubet etiam ibi loco Herculis in pecunia poni signum Sancti Laurentij cum Latoni ut iam ante tempora Desiderij faciebat in prima Coronia Roma.

Sentinatus etiam in agro Etruriae prope Ecclesiae Patrimonium (Nunc in agro Piceno prope Fabrianum) ubi aedificatum a Desiderio Rege Badicofanum, v. ibi in illo Decreto

Fastorum 6. ubi de Luco Helernae, seu Carnae Cornae. Adiacet antiquus Tiberino lucus Helernae..
Pontifices illuc nunc quoque sacra ferunt.
Hic lucus ponitur a Marliano Topographia urbis Romae ac a Lucio Fauno (lib. 4. c. 12. & 3.) sed clarius a Marliano post Aventinum circa montem Testaceum in planitie qua itur ad Tiberim. Unde ille alius lucus quem Ovidius Fast. 2. circa princ. vocat Asili est diversus. Hunc quoque vicinus Lucus celebratur Asili
Qua petit aequoreas advena Tybris aquas.

Ambo

Ambo Ludi sunt prope Tyberim, sed hic videtur fuisse ad pontem Salarium seu Navicts, ubi via Salaria
Tiberim versus tendit V urnij, seu ubi Anio influit in Tiberim nam Lucaria quae fiebant ex Ovidio mense Februario 2.da die vel ex Kal. antiq. illa quae fiebant in illo Luco de quo Macrobius lib. 4. cap. 13. ~~...~~ ex S. Pompejo sic ait. et Thesaurus Fabri in Lucaria: Inter viam Salariam & Tyberim celebrabantur pro eo quod Romani victi a Gallis fugientesque a Praelio ibi se occultarunt.

Flumen Padusa: Padus qui ita vocatus ~~...~~ Padus et Eridanus Propertius, Palus a Pado confecta Ravennam versus. Virgilius tamen undecimi Aeneidos ait. amne Padus, ubi palus dat ... seu flumen & amnis conjunctim leguntur, nam amnis propter ~~...~~ aquarum multitudo fluens, quod vocat Virg: agmen aquarum. Sed in recto nomen proprium ~~aquarum~~ fluminis, in obliquo amnis apellativum nomen lib. 7. in fine.
Propertius ... Veneto ... Eridano
Caelataque amnem fundens Pater Inachus urna et lib. 8. in princip. dicit Tiberinus fluvius Aeneae in somnis

Ipse ego te ripis & recto flumine ducam.
Ado
Hinc alibi, Clitumne, (nomen fluvij in Umbria) greges & Maxima, Taurus, Victima saepe tuo perfusi flumine sacro)
Et post pauca
Tuque o Tybri tuo genitor cum flumine sancto
et infra Tybrij ea fluviumque quam longe est nocte tuentur

 ferijt

Recipit & tacita refluens ita substitit unda
Seneca apud Thes. Fabri in Trag. Hippol. v. 16.
Meandros steriles amne maligno radit arenas.
Et hoc dictum sit gratia hujus nostri carm.
Et major ionas amne fluente tuo.

~~Diaecesis nomen generale [illegible] [illegible]~~

Diaecesis nomen generale complectens non modo sub se plures civitates, sed etiam plures provincias. v. Pagium in Ann. Baron. ann. 37. a Constantino Magno hoc nomen incaepit & sub eo nomine comprae[he]nsae provinciae, nam sub Constantino facta fuit divisio haec Dioeceseon. v. Pagium n. 4. Vide alibi Flaminia & Picenum Annonarium & suburbicarium. Juxta hanc divisionem laicam facta est etiam Ecclesiastica quae est ordinata juxta normam Imperij a Constantini tempore eodem numero. Lag. Cabassut. in can. Con. Antioch. 2. diatriba de provinciis ecclesiasticis pag. 97. edit. venetae in 4.

Postea appellata diaecesis etiam jurisdictio & subjecta sub uno Episcopo. v. Magri. vocab. v. Diaecesis

Ante Constantinum Magnum eoc. temporibus hoc nomen diaecesis erat & administrationem seu jurisdictionem significabat. Sed tamen non tam generis, sed totum id [illegible] quod aliquod

quod aliquod dividitur, quam partes quae erant divisae significabatur inde cum Cicero ivit in provinciam Ciliciae Dioeceses tamen ejus fuerant ut ipse dicit & Manutius adnotat in commentariis epistolarum ad Attic. lib. V. ep. 2. Prima dioecesis erat ipsa Cilicia quod erat caput admi= nistrationis, & administratio tota nomen accipiebat, praeterea Pamphilia, Lycaonia, Phrigia major secundum aliquam partem ultra, & secundum aliquam cytra Meandrum Laodicea Cybira Apamea. Unde Cicero poterat dici Proconsul Ciliciae & Apameae suae dioecesis.

Verum enim hoc modo partes & membrum episco= patus dicuntur dioeceses ut et subditi, cuiusque loci dioecesani tam latine quam vulgo. De quo v. Crusca la quale cosi spiega. Diocesi luogo dove il Vescovo, o altro Prelato ha spiritual giurisdizione. Notabilis canonem seu capitulum Concilii Charthaginiensis secundi n. 5. apud Bail tom. 2° Conciliorum ubi dicitur Felix Episcopus Selemselitanus etiam si hoc placet sanctitati vestrae insinuo ut dioeceses quae numquam Episcopos acceperunt non habeant, & illa dioecesis quae aliquando habuit habeat proprium, & si accedente tempore crescente fide Dei populus multiplicatus desideraverit proprium habere rectorem ejus videlicet voluntate in cujus potestate est dioecesis constituta habeat Episcopum. Ubi vides nomine dioecesis appellari etiam locum qui per se non habet Episcopum sed est subjectus alterius loci Episcopo.

Apud

Apud eundem Baile eodem loco citato in can. 8. Concilij Tarraconensis dicitur, Multorum tamen experientia magistrante reperimus nonnullas dioecesanas Ecclesias esse destitutas, ob quam rem hac constitutione decernimus ut antiquae consuetudinis ordo servetur, et annuis vicibus ab Episcopo dioecesis visitentur, et item nomine dioecesum apellari omnia loca subdita eidem Episcopo.

Hinc recte dicit Sydonius Apollinaris lib. 9. ep. 16. Nam peragrati forte dioecesibus, cum dominus vir erat Sydonius Arvernorum Episcopus

// Dioecesis igitur: v. Tirbell. de poenit. cap. ult. et in Apologetico. V. Baron. tom. 1. an. 1. Titi.

/// Insula filiorum Petri in insula seu interamna quam facit Liris prope Soram (sic dicta ut patet ex inscriptione saepe arca veteri in sacrario S. Co[illegible] insulae ut pro rata portionae d.a terra filiorum. In Piceno Blondus in Aprutio ait de hac. At sub Sora ubi bina Liris capita coeunt est insula oppidum ab ipsis duobus fluvijs circumdatum, quod maiores interamnam apellaverunt et 2.um eius fluvij deinceps Castella Turris Campus Lati et insulata. Volaterranus ubi de Volscis in fine: Sub Sora velut inter Liris fluenta Insula Interamna continetur. (Ride anno 1030 Petrum quendam filium Raineri Dominum Sorae fuisse, et Arpini. Baron. eodem anno. Clavelly in antica Arpino v. finem libelli.

Insula

Insula filiorum Petri fora in capitulis Regni Neapolitani editis anno 4 Regni Caroli 2 Andegavensis apud Antonium de Nigris cap. 74 de Custodibus Passuum & Grassiae ubi nominatur item Stepinum. (nominat ibi plura nomina oppidorum confinium status Ecclesiastici) unde corruptum est plura alia & dicendum Insula filiorum Petri fora quia haec Insula appellatur Insula fora & creditur compositum verbum ex Fil & Petro illo forano de quo supra & ejus demum forae Dominae. nam multa nomina ut Perusiny quae latine dici debent Aureus v. Sigonium de Regno Italiae Et ille error facilis fuit apud Typographos, ut F. in typis facile convertatur in S. et e contra.

Francia erat olim quaedam pars Germaniae Germania dicta inter Alemannos & Saxones, in qua parte gens erat non tam latitudine regionum, quam virium validitate major, quae Gallias coepit, & nomen suum illis dedit, hodie vel postea vocatur Franconia. v. Flemingum in vita Macarij

Per Picenum seu Marchiam tendentibus Bononiam primus Senogalliam postea Pisaurum, Flaminia via inde Bononiam. Ita Sigonius de Regno Italiae paullo ante finem pervenisse ad annum 1156 ad Januam primus petendum est, quam Ravennam Januam autem item est Flaminia via.

